1645

Segũda parte

Dixo sãcta syncletice a nos que lo haue
mos votado: conuienẽ guardar la casti-
dad que es principal virtud: ca los secu-
lares parecen guardar la castidad. mas
tienen otra locura: por lo qual con los o
tros sentidos pecan. ca miran deshones-
tamente/ ꝛ rien desordenada. Un enxẽ-
plo se pone aqui el qual fallaras enel. ca
pitulo. lvij. Otrosi dixo. No te enganẽ
en los deleytes delos ricos de este mũdo
como si touiessen algun prouecho en si:
ca aquellos por deleyte con diuersas ar-
tes/ ꝛ maneras adreçan los manjares:
mas tu vence con ayuno/ ꝛ menosprez de
viandas la abundancia delos gasajos/ ꝛ
plazeres de aq̃llos: ꝛ no te fartes de pan
ni dessees el vino. Dixo el abad sysoy q̃
nuestro viaje es que tẽga el hõbre guar-
dada su boca. lo que agora se sigue falla-
ras arriba enl capitulo. cxxvj. Subio vna
vez vn clerigo de scithia al obispo de ale-
xandria: ꝛ quãdo boluio a scithia pregũ-
taró le los religiosos. como sta la cibdad
ꝛ el dixo les. hermanos creed me que yo
no he visto ende rostro de hombre algu-
no saluo el obispo ...

en el cuerpo como vn mouimiẽto impassi
ble: ⁊ hay otro mouimiẽto q̃ el cuerpo es
mãtenido ⁊ cõ el comer ⁊ beuer recreado
delos q̃les el calor dela sangre mueue el
cuerpo a obrar. por lo qual dize el Apo-
stol. No os emborracheys del vino en el
qual sta la luxuria: ⁊ por semejante el se-
nor enel euangelio mãdando a los disci-
pulos dixo. Parad miẽtes no se fagã pe
sados vuestros entẽdimientos de comer
demasiado / ⁊ embriaguez: hay otro mo-
uimiento que tienẽ los que pelean en la
conuersacion que viene delas assechãças
⁊ embidia delos demonios: ⁊ assi. iij. sõ
los mouimiẽtos del cuerpo: el vno es na
tural: el otro es de mucho comer: el. iij.
delos demonios. Dixo el abad geroncio
petrense que muchos hã sido tẽtados de
deleytes carnales / ⁊ haun q̃ no se allegas
sen a los cuerpos: con el pensamiento co
metieron fornicio: ⁊ los que en el cuerpo
guardan la virginidad: segun el pensami
ento cometen fornicio: porende buena co
sa es amados mios fazer lo que sta scrip
to: que guarde cadaqual con diligẽcia su

los mouimj del cuerpo so tres

Don R. de castro.

Florida Corona.

Ingeniosissimi viri atqꝫ doctissimi Medici Antonij Gazij Patauini Florida Corona: que ad sanitatis hominum conseruationem ac longeuam vitam perducendam sunt pernecessaria, continens. Non mediocri vigilantia et labore recenter impressa. Et innumeris fere (quibus plurimum scateat) mendis expurgata, feliciter incipit.

Additus est Index locupletissim⁹ qui ꝑ foliorũ numerũ Capitula siue singulariũ materiarũ argumēta demonstrabit.

Lugduni,

Prostant apud Jacobum Giunta.

1541

¶ Incipit tabula per quam facillime opteris inuenire secundum numerum foliorum Capitula libri huius solennissimi qui Corona Florida medicine: siue Conseruatio sanitatis intitulatur.

¶ Finis tabule libri huius.

Nomina autorum huius voluminis.

Hi sunt autores principales quorum sententie et verba in propria forma hoc in opere sunt adaucta ad dictorum eius confirmationem.

Medici sunt hi.

Hippocrates.
Diascorides.
Galenus.
Serapio.
Auenzoar.
Hugerig.
Filius arsalanis.
Humaim.
Joannitius.
Sindisar.
Ruffus.
Mesangue.
Habix.
Oribasius.
Archagenisius.
Cratin.
Paulus.
Aichanzi.
Costa.
Baldach.
Alexander.
Rabi moyses.
Filius Mesuai.
Menesitheus.
Priscianus.
Mabal.
Hali rodoam.
Rogerius.
Jsaac.
Theogius.
Rasis.
Bimmasui.
Masarguith.
Haliabas.
Commētator sectarum.
Auicenna.
Muserie.
Damascenus.
Tabri.
Mesue
Auerrois.
Petrus de albano.
Gentiles.
Fulgentius.
Symon ianuensis.
Bartholome⁹ mōtag
Autor pandectarū.
Johannes arculan⁹.
Michael savonarola.
Platina.

Phi sunt hi.

Plato.
Catho.
Aristoteles.
Diogenes.
Etyarus.
Socrates.
Zeno.
Chilon.
Solon.
Auerrois.
Ptholomeus.
Hali abenragel.
Albertus.
Tullius.
Seneca.

Eccl'astici sunt hi

Hieronimus.
Augustinus.
Gregorius.
Salomon.
Ambrosius.
Dauid.
Chrysostomus.
Johanes apostolus.
Beda.
Jsidorus.
Theophilus.
Remigius.
Origenes.
Paulus apostolus.
Cassiodorus.

Hi sunt poete et alij.

Terentius.
Uirgilius.
Lucanus.
Boetius.
Ouidius.
Ualerius maximus.
Horatius.
Statius.
Tulius.
Seneca.

Pluresq; alij quos adducere permolestū esset lōgeq; magis tediosum eorū opera recēsere. Ex quibus excerpimus cū ex soli⁹ Galeni: lxxxvj. voluminibus acceperimus: ex plurimus quoq; Hippocratis Rasis: Auicēne: & aliorū vt clarissime legēti h⁹ est manifestū quare &c.

FINIS INDICIS.

Florida Corona Medicine: oibus sanitatē affectātibus vtilis & necessaria: edita p Antoniū Saziū Patauinū: artiū ac medicine pfessorē minimū.

Capitulum primum in quo autor inuocat altissimi et sanctorum eius adiutorium.

Dicam⁹ cuz Boetio l.iij. de ɔsolatiōe sic scribente: vt platōi placet i minimis q̄z reb⁹ diuinū p̄sidiū dz implorari: iō inuocādū cēseo oim rez p̄rem: quo p̄termisso nullum recte fundat exordiū. Qd̄ et sensit haly.in sue theorice principio di. Oibus que incipiunt in reb⁹ & habitudinib⁹ eq̄ssimū ac dignissimū est laudare deū altissimū & nomē ei⁹ glorificare & ei ɔfiteri: & subdit deinde. Ipsi ergo sit glia creature creatori: p potētiā suā plenitudinis datori: p miaz suā de suis cogitāti seruis: sua excellētia qui dat eis quo suā possint iformare vitā ac aptare hoc in seculo gloriāq̄ adipisci in futuro aim. s. q̄ totius est boni cā clauis toti⁹ vtilis: via toti⁹ spei quo ēt supeminētem deus fecit hoiez super oia q̄ ɔdidit aialia & plātas &c. Auenzoar quoq̄ l.ij. sui theisir tra.iij.c.j. sic ait. Laus sit & gloria deo qui cuncta facit & disponit: & in libro tertio eiusdem: tractatu & ca. secūdis inquit. Omnis res procedit ab illo qui est summe & vltime sciētie. sez a deo viuo & vero & benedicto. Cum ita sit igit̄ q̄ oē bonū ab eo procedat: vt etiā Aui. retulit in li. de viribus cordis. c.ij. di. Uita que cunq̄ perfectio & oē bonū quibus res distinguunt̄ nō nisi a prima veritate sunt que oim bonoz prima est vniformis manatio: at vero receptabilia sunt carentia dispositionibus ad receptionē ipsoz. et infra dixit. De oibus reb⁹ scimus q̄m ad actū essendi perueniunt a principijs actiuis: quoz cā est de⁹ benedictus. Et Rasis in.j.li. suoz apho. prope principiū dixit. Retributionem a deo expecto qui mihi prestabit auxiliū: sine ipso em̄ nulla res hz effectum. Qd̄ etiā Joannes inquit.j.c. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factū est nihil. Quā ob rem supplex inq̄ oipotens ac sempiterne deus visibilium ac inuisibilium oim creator clementissime sine cuius nutu folium arboris in terram non cadit exaudi me peccatorē & adiuua q̄uis indign⁹ sim te deprecari nedū abs te exaudiri: iņ tuā nihilomin⁹ ineffabilē clemētiā me facit cōfidere tu⁹ Apl's ad hebreos.iiij.c. di. Adeamus cuz fiducia ad thronum gratie vt miam cōsequamur & grām inueniam⁹ in auxilio opportuno. Salomonis quoq̄ sapiētia.c.j.di. Querite dn̄z: q̄m inuenitur ab illis qui fidem hn̄t in illū. multoq̄ magis spare de tua gratia suadet qd̄ ore proprio dixisti. Querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis: pulso igitur in presentia ad ostium tuum & deprecor sicut orauit Rasis in suorum apho. initio dic. Tibi deo grates reddimus et laudes referimus: & exoramus vt nobis scientiam augmentes: q̄m tu dn̄s es diues magnus preter quem nō est alius: et

vt sis nostri gubernator: vt idem in prohemio scripsit diuisionum. Ne opus salutiferum qd intendo ad laudē tue maiestatis cōpilare & ad vtilitatē: necnō ad oium salutem legentiū errorē quēpiā incurrat aut finis terminū nō attingat. Qd iā incipio in noīe sanctissime trinitatis tue patris & filij & spiritussancti: & beatissime marie virginis: sanctorū apostolorū Petri et Pauli: beatorū cōfessorū Hieronymi: Frācisci: & Magdalene et constantissimarū martyrum Katherine ac Justine virginū. Quorum & quarum deuotissimarum mearum intercessione possim quod aggredior incipere: & inchoata demum feliciter perficere.

¶ Ca. ij. in quo auctor se excusat eo qꝫ presens opus in iuuentute cōpilauit: et ipm ediderit.

Non ignoro profecto vt dicā cū Gal. in. ij. d crisi. c. viij. qꝫ nō pauci hunc meum librum vituperabunt & reprehendēt: cum hoc de esse librorum non sit res noua: imo antiqua valde adeo qꝫ Plato dixit eam & sciuit ipsam: secꝫ quod soluatur aliquis librorum a vituperatione vituperantium: & propterea non me latet qꝫ plerique mihi parantur detractores qꝫ pluresqꝫ illusores et accusatores qd hunc librum cōpilauerim dicentes inuicem irridendo. Quid noui hic noster autor fecit? nonne scripta sunt hec & longe melius a sapientissimis predecessoribus nrīs a quibus omnia furatus est. Vilipendatur ergo presumptuosus ste. Quibus me excuso & fateor qꝫ quecūqꝫ scripta sunt in hoc libro a sapientioribus medicorum et antiquioribus sunt accepta nō mō sententia verumetiā in propria verborū forma: nec farat⁹ sum cuꝫ librū vbiqꝫ & capitulū annotauerim sm qd in antiquissimis autorū codicibus reperi: vt eorū dicta non mihi: sꝫ autoribus ipsis ascriberentur. Nec hoc mihi. s. qꝫ a veteribus medicis acceperim dedecus esse existimo cū dicat Gal. in. li. ij. Memini. c. de dolore capitis. Maximum aūt est hoc. s. esse diligentem post alios & scire q dixerūt ipsi hoc enim fieri dꝫ ab his q discere volunt aliquā artem rōnalem: et maxime si fuerint prudētes & eruditi ab etate infantie in primis disciplinis. Et in septimo eiusdē libri tractatu causam dicti huius reddidit di. Uerum est dicere qꝫ quecūqꝫ a senioribus inuenta sunt optime scripta sunt. Et ad id qd obijciant si scripta sunt que dixisti cur iterum scribis? Respōdeo qꝫ ea que in diuersis ac pluribus voluminibus & capitulis dixerūt antiqui de vna re & in diuersis propositis ego in vnum collegi: & nō oīa ipsorū dicta sed pulchriora et vtiliora hec legenti hunc librū asserēs vtilitatē quā in vno qꝫ. c. videt: & intelligere potest sub breuitate quicquid in illo pertractatū sit erit acsi cū magno labore omnes libros medicine plegisset. Que res est multum vtilis his qui tot & tāta volumina medicorum non possunt legere nec intelligere in hoc igitur nō me reprehendant. Sed si dicerent si hec res erat vtilis & necessaria cur patres ac maiores & te sapientiores viri hanc: quā tu tam temere es ausus nō aggressi sūt? ipsis enim relinquenda erat hec prouincia. Quibus ego assentio quod quamplures doctissimi ac sapientissimi viri lōge me doctio-

res hoc facere debuerant nullus
tamen id hacten⁹ fecit aut q2 ma
ioribus dediti curis aut amplio=
ribus impediti negotijs op⁹ hoc
minime aggredi potuerūt. Adeo
etiam q non pua forsitā infirmo
rū visitatiōe detēti sibi hoc haud
cōpilādi datum est ociū. Qđ si fe=
cissent ⁊ perfecti⁹ ⁊ ornati⁹ ⁊ qđ ē
ꝯpendiosi⁹ expleuissent. hoc tñ q
ipsi nō fecerit ondit me tale opus
dimittere debuisse. Dicent forsitā
⁊ alij cōtra me si tibi agēdū vide
batr debebas saltem in senectute
ꝯpōere ⁊ nō i tā iuuenili etate cū
p certo sciam⁹ q nōdū octauū et
vigesimū annū adeptus sis. Qui
bus etiā rñdeo q verū est qđ as=
serūt: sꝫ qs mihi pmittet qđ ad eā
etatis plenitudinem possim deue
nire? cū teste Seneca i tragedijs
suis: Nemo tā diuos habuit fa=
uētes crastinū vt posset sibi pol=
liceri. De quo etiam si certus fo=
rem qđ sit si tanta vis mihi tunc
adesset vt tm laboris ppeti possē
quātum in pñtia: et quis intelli=
git tunc mihi ocium et tps scribē
di affuerit: salusqꝫ corporis: cū di
cat Ouidi. in. xiiij. methamorpho
seos lib. Sꝫ iaꝫ felicior etas Ter
ga dedit tremuloqꝫ gradu venit
egra senect⁹. Que dom⁹ est obli=
uionis: vt dixit halia. in. j. Theo.
Tunc igitur sensus defecti et vir
tus debilis quare ⁊c. Sed alij
detractorum dicent: ⁊ si volebas
in iuuentute scribere opus: tñ nō
edere vsqꝫ i senectutē vel post mor
tem: vt alij faciunt. Quibus dico
q ita faciendum erat pculdubio
si laudem ex opere meo expectarē
sed quia magis vtilitatē ac ami=
corum salutem desidero: nō dubi
taui ipsum in hac etate edere et
eo libentius q eorum dictis me
iuuari possint quorū ex numero
meus quasi totus extat libellus.
Qui si bñ locutus sim dijudicent
ipsi. Si autem in eo quid diminu
tum reperitur id mihi ascribatur
quoniam id mea causa factū esse
confiteor nec propter hoc aliqua
quis afficiatur admiratiōe: quo=
niam velle aliquid enūciare ⁊ p=
termittere nihil: signū est aut mul
te stultitie. aut multe prōptitudi=
nis. vt inquit Aristote. in scđo celi
textu commenti. xxxiiij.

¶ Cap. tertiū declarat ⁊ expo=
nis titulum libri huius.

Floridam coro=
nam hunc meuꝫ
librum volui ap
pellare cum sit
precise velut te=
xtuꝫ ex diuersis
pulcherrimis flo
ribus hincinde magno cum labo
re collectis: tenui filo et forti ac
solido ligno fabricatum delecta=
bilibus varijsqꝫ florum coloribus
depictum: sic enim hec mea coro=
na seu sertum vt mauis dicere: est
cōstituta ⁊ peracta: ex quib⁹ mul
to cū sudore flosculos varios co=
legi: sūt hipocrates: Aristoteles:
Galenus: Auenzoar: Rasis: ha=
liabas: Diascorides: hali: Sera=
pio: Auicenna: Isaac: Auerrois:
Damascenus: Mesue ⁊ qplures
antiquorum alij: quos hactenus
videre potui: ex modernioribus
vero Conciliator Gentiles Mi=
chael. multiqꝫ alij viri quippe sa
pientissimi quorum volumina le
gi sepi⁹: ex priscis tñ conatus sum
excerpere: et eis magis adhere=
re. Quorum sententie verbis par
ue ac perbreues sunt ponderose
tamē ac maxie v̄tute. Et he sunt
mee flores corone quos sup soli=
do ligno firmaui qđ ē artis medi
cine v̄a ac firma v̄itas. Tenui tñ

filo ligati sunt flores hi: qui sil⁹ est humilis inornatusq mens dicendi mod⁹. Qui si disertis oratoribus non acceptus existit aliis: tamen eloquentiam non profitentibus cum sua placeat rusticitate. Varietas aũt coloꝝ q̃ hãc mea3 coronã depinxi est multiplex sensus: ac diuersa autorum verba diuersimode dicta in vnum tamen sensum cõuenientia: et sic ipsum perfeci q̃ vnicuiq3 vt opinor: erit grata. cũ dicat Cõmẽtator sectarum. Quod magnum est desiderium omni homini ad sanitatis factricem et custoditricẽ artẽ medicine festinare. Et ppterea omnibus hominibus: vt Titulus pmittit sanitatẽ affectantibus erit vtilis ꝛ necessaria: pro quanto declaret quecũq3 fieri ꝛ que euitari oporteat i sanitate corpis opportuna. Qualem sc3 medicu3 vnusquisq3 sibi debeat eligere ꝛ quomodo ab eo cõseruari: i quo aere ꝛ loco habitare. Qualiter, quãdo ꝛ quãtu3 exercitandũ sit: quidve comedendũ et quid reiiciendu3: quid bibere: quomodo ꝛ quãtum dormire: quãtumq3 vigilare et si quolibet anno purgãdum: ꝛ quomodo. et cum q̃bus id medicus facere debeat. a quibus accidẽtibus anime abstinere oporteat: et demum quomodo curari conueniat corp⁹ si i egritudĩes cadere ɔtigerit. ꝛ hoc tantummodo quodã vniuersali ex quibus grãdem accipiũt vtilitatẽ: potẽtes ꝛ paupes: ꝛ iuuenes. ꝛ senes: vnusq̃sq3 breuiter nõ solũ eruditissimus: s3 etiã q̃ grãmatice p̃cepta parum perlibauerit. Sic itaq3 doctrina non solum imbutis omnibus sed per eos etiam q̃buscũq3 aliis erit hic liber vtilis quippe ꝛ necessarius non minusq3 medicis iunioribus q̃ tot et tãta videre nõ potuerũt: ɔcordãt iam dictoꝝ: pro coꝝ collegiis ꝛ ɔciliis ɔficiẽdis: ꝛ p aliis q̃pluribus reb⁹ sibi necessariis: hinc sine ipsoꝝ labore digestã atq3 pfectã materiã accipiant corrigẽtes q̃cq̃d mali aut diminuti reperiẽt put vnicuiq3 libuerit. Cẽsure etẽm oĩm recte facientiũ meũ presens opus subeundũ trado exponoq3 q̃libentissime.

¶ Cap. iiii. ostendit q mors sit necessaria ꝛ q auxilio medicorum minime possit remoueri.

Necessitas: cã ꝛ principiũ interit⁹ nr̃i est cõtrarietas elemẽtoꝝ ex q̃b⁹ sum⁹ ɔstituti q̃ si nõ eẽt pfecto immortales ꝛ eterni fuissem⁹ quemadmodum corpora celestia sunt infinita duratione: vt di. Auer. in ii. celi cõmen. lxxi. et hoc q2 ipsa nõ sunt cõposita ex quatuor elemẽtis: vt idẽ voluit in. i. eiusdẽ cõmẽ. xix. Nos aũt durare nõ possumus. quia ex illis sumus fabricati vt omnes sapientes antiqui voluere: vt ait. Isa. in vniuer. dictis c. xiii. cum inquit nulli phisyci dubitauerunt q̃n quatuor elementa aialium oĩm arboꝝ et herbarum sint exordia. Quod sensit Aui. in ii. Canonis cap. i. dicens. Omniũ cõpositoꝝ mineralium ꝛ vegetabilium et viuentiũ elementa sunt materie: que fuit sententia Galeni in. iiii. de Simplici medicina. distin. tertia capitulo quarto sic di. esse omnium corporum nõ est nisi ex quatuor elementis et in pri. elementoꝝ. c. vltimo ait. Oĩa que gñantur ex elementis fiunt. et in primo de febribus ad Glauconẽ. c. ii. di. Si omnia diligenter aiaduertans mundum ipsum ex quo sumus et viuimus ex contrariis

Ubi elementis firma: et perpetua cōpag. natiōe scias ꝯstare vt pri= mi sapiētes dixerūt. Hi aūt sapiē tes lȝ ipse nō expresserit fuerunt. Hippocrates primo in scd̄o. c. li. de humana natura di. Si vnꝰ eēt hō: nunꝙ̄ vti doleret nō enim ē a quo doleat vnum existens. et. ſ. subiūgit. Primum quidē igiť ne= cesse est gnatiōnē fieri nō ab vno: quō em̄ vnū existens vnū gnabit nisi alicui misceatur. Aristo. etiaȝ in li. iij. de celo text. cōmē. lxvij. in q̄t In timeo scriptū ē ꝙ sicut ē oē recipiēs .i. materia sic opȝ: elemē ta putare quemadmodum mate= riam esse compositis. Sumꝰ ergo ex contrarijs constituti. cū aūt cō traria sunt aduicē corruptiua. vt di. Aristo. i. j. Phisicoꝝ. tex. cōmē. lxxx. Bellāt inuicē semp: et corrū punt se in nobis elemēta. Corru= ptis vero principijs ex q̄bus con ficimur necesse est et nos iterire. ⁊ non solū nos: sed et q̄cūꝙ̄ alia que ex illis sunt gnata ad finē: et ad corruptionē veniunt de neces= sitate. sicut voluit Philosophus i iij. Physicoꝝ. tex. commen. xxx. di. Quodcūꝙ̄ sit necesse est acci= pere finem: ⁊ finalitas oīs est cor ruptio. ⁊ i. iij. Metaphysice textu commē. xij. inquit. Sensibilia oīa corrūpunť ⁊ in motu sunt: ⁊ nul= lum talium est sempiternū. a quo. Gal. vř accepisse cuȝ scripsit i. vj. de regimi. sani. Mortale est omne genitum corpus: cū tale igitur sit corpꝰ nr̄m nō est possibile aliquo medicoꝝ ꝯsilio: aut medicamnū bn̄ficio posse mortē naturalē eua dere oīno. nec omnifariā prolon= gari. sicut etiā probat Con. in dif ferentia. cxiij. perplures rōnes ⁊ autoritates: quas adducere ⁊ lō gū ⁊ pmolestū esset. Si q̄s aūt eas videre voluerit ad illum se trāſ= ferat locū: sufficit aūt in p̄ntiaruȝ ꝯcludere cum Prin. Auic. in. iij. j. c. j. di. Ars quidem sanitatem cu stodiendi non est ars que a mor= te securos nos faciat: nec corpus ab extrinsecis nocumētis muniat neꝙ̄ vnūquodꝙ̄ corpꝰ ad vltimā vite longitudinē pducat: q̄ est ſm hoiem absolute: dicendūꝙ̄ est cū Cōci. loco allegato: ꝙ multiplex reperiť ꝯtrarietas mortis causa= tiua oīno: vt q̄litatū primarum si bi adinuicem aduersantium calo ris naturalis agētis in humidū: q̄ per accidens se tāde dupliciter perimit: tū humiduȝ cōsumendo nature: tum etiā qꝛ ꝑpter hoc hu mor ꝯsurgit aqueꝰ suffocās ꝗ quā titate ac qualitate: extinguēs fri= gida. In hoc quoꝙ̄ operatur cōti nēs nō parū corpora continue re soluēs stellarum virtute in ipsuȝ susceptam quod ⁊ alie res adiuuāt nō naturales corporibꝰ extranee ⁊c. Et ꝯcludit quare ex causatis de necessitate conuincitur vitam tandem deficere oportere.

¶ Capi. v. in quo autor osten= dit mortem naturalē posse bn̄ ficio medicoꝝ retardari: et vi= tam ꝯsequenter prolongari.

Licet in capitu. preceden= ti diximus ars medicine nos nō faciat a morte se curos vt Prin. inquit in iij. j. c. j. pōt tn̄ subsidio medicoꝝ retardari. vt colligiť ex his q̄ sub dit ipse ibidem di. Sed de duabꝰ rebus securitatem pbet putrefa= ctiōis penitus ꝓhibitiōe ⁊ defen= sione: ne humiditas cito resol= uatur. Et in ipsius q̄dem fortitu= dine cōsistit vt ipsum vsꝙ̄ ad de= bitū tempus ſm suam primaȝ cō plexionē pmanere faciat: et hoc q̄ dē erit ꝑpter regimen rectum ⁊c. Qd̄ dupliciter fit vt Conci. inquit

sicut et duplices mortis sunt cau se. Quātū eīm ad primā: ztra po nitur regimē phibēs oīum cau sarum siccitatem faciētiū accele rare: causis exceptis faciētibus il lam occurrere necessario. Contra scđam vo adducitur regimen p hibitiuū gñationis putrefactiōis ex corpis tutela a ptāte caloris extranei intrinseci et extrinseci. Qđ sensit Gal. in li. de tabe cū di. Senectutis tabē impossibile fore deniqz phibere: sz auxiliari vt in plimum extendere possibile. sub ditqz demum. Si qđem ergo pos sibile ē hūidiorē opari substātiā corpis cordis: et sic ppter epar ac cidet super extendere. Si vo nul lum sufficiēs est: vt neqz epar hu midius seipso facere: neqz cor sed necessarium in subsequenti tem pore siccius fieri alterum ipsorum neqz viscera solum: sed arterias et venas phibere qđē senectutem impossibile vr: qđ de vno homeri sermone zfirmat p cibum: potuz: balneum: mollē lectuz: et somnū: cor: epar: et vlr totū corp9 exhu mectat. Per hmōi ergo humecta tionem morti oppositaz docet se nectutem extendere qđ nō esset si mortem nō esset possibile retarda ri. Hec quoqz fuit. Hali rodoā sen tentia in. iij. tehni. zmen. xxvi. di. Possibile est vt sint etiā medicine q phibeant a velocitate senectu tis: scz a frigore et siccitate mem brorum: et plongetur p illđ vita hois qñ regimē ei9 fit bonū: sicut dr q hoies vixerūt cētū annis: et vnū quodqz inuenitur in illo cum me dicina inda que nolatur Trifera: ipsa nāqz bonam efficit digestio nē: et colorē bonum: et prolongat iuuētutem ex tempore longo qñ cum vsu eius bonum est reliquū regimen ec. Et infra concludit q lz possibile sit qđ dictum est: verū tñ non est possibile oino inuenire medicinā phibentē a morte vllo mō: et zseruantem vitam semp. Et q hec opinio vera sit pōt etiā rōnibus probari sic. C ē illud cuius principia possunt per perfectiora conseruari ac vigorosiora bñficio quodā idipsum poterit diuti9 p durare. Sz pncipia corp9 huma nū zstituētia sunt hmōi: ergo ec. Cōseqnētia ptz in. iij. j. maior est euidens: et minor declaratur. Nā humidum pōt restaurari: et cali dū defendi: et ztemperari p artez ne frigiditas et siccitas accelerēt: vt est manifestuz de melācholico corpore versus tēperatum: vl' san guineum reducto: cū lōgioris vi te efficiatr q naturalr sit ec. Slr calores extranei humidum exsic cantes pñt obtemperari: quo fa cto vita plongabitur sine dubio Plur. b9 etiā aliis rationibus hoc posset ostendi: quas ne tedium le gēti afferā ptermitto. Qui plura cupit padubanensez videat. Hoc aūt bonū regimen nō nisi ab op ti mo ac sapienti medico est ordinā dum digerendumqz sm comple xionūm: etatum: regionū: zsuetu dinum: ac ceterarum reruz hmōi di uersitatem. Et propter hoc vnus quisqz precipue potēs: sibi debet ad hoc medicum sufficientem re perire. virtutib9 et zditiōibus in sequētibus capitulis dicendis in signitum ac ipsi bene persoluere et eum honorare. iuxta illud Ec clesiastici. xxxviij. dicentis. Hono ra medicum propter necessitatez etenim creauit illum altissimus: a deo enim omnis medela: et a re ge accipient donationem. Et post aliqua subiunxit. Et non disce dat a te: quia opera eius sunt ne cessaria. ec.

¶ Capitulū sextum in quo autor ostendit q̄ sint falsi ⁊ apparentes medici et non eligendi pro tali sibi vite prolongatiōe.

Cum dictū sit in superioribꝰ ꝙ bono regimine vita possit prolongari: rectum aūt regimen a bono ⁊ perfecto medico dirigendum: ⁊ propterea oportunum esse a potentibꝰ p̄cipue optimū medicum sibi reperire qui de sua sit sollicitꝰ sanitate. Qui aūt ⁊ qualis medicꝰ sit eligēdus ad hoc sufficiēs dicēdū eē necessario iudicaui. ꝓpterea ꝙ sapiētiores etiā ciuitatū p̄sepe q̄ meliores sint medicoꝝ soliti sint hesitare: vulgꝰ similiter vt inq̄t hipocrates ꝑrio regiminis acutoꝝ textu cōmē.x. ꝑitū ab iperito nescit discernere cū hic vnū ille alterū iste q̄z aliū sapiētissimū ⁊ expertissimum esse p̄dicet qđ euenit ꝓpter mltas ac diuersas medicoꝝ simulatiōes: vt etiā Rome Gal. tēpore accidisse cōperi: quēadmodū ipe testatꝰ est in lib. de pronosticatione p pulsuz.c.j. dicēs. Quidā existimari magis q̄ esse student: nō scđm medicinā solū: sꝫ etiā scđm alias artes. at ideo vnusquisq̄ eorū istruit his q̄bꝰ ꝓsperabit apđ mltos: ⁊ q̄d dicere: ⁊ q̄d agere ad delectationē: ⁊ blādiri: ⁊ adulari: ⁊ salutare q̄libet die diuites ⁊ potētes in ciuitatibꝰ ⁊ p̄cedere ⁊ p̄mittere cū domū eunt: vt honorabiliter ab eis recipiant: quidā aūt eorū nō his solū: sꝫ et vestiū ac anulorꝝ varietate: ⁊ mltitudine assequētium: ⁊ vasorū argenteoꝝ preparatiōe: idiotas putare suadēt dignos imitatiōe se esse ex quibꝰ omnibus hinc quidez igitur alliciētes: hinc aūt stupere facientes hoies iexpertos veri indicij rerū ipsi quidez putant ꝙ multis bonis potiātur: ego aūt animo eos nō veris bonis: sed falsis potiri: hec ipe ad literaz. Et postea in sequēti capitulo dixit. Quod horuz omnium malorum causa est diuitum et potentum in ciuitatibus delicia: qui delectationem virtuti preferētes in nullo verbo extollunt eos qui aliquod bonum nouerunt ⁊c. Nostris quoq̄ temporibus etiam plurimi talium inueniuntur qui cum nobilibus diuersis eorum astutijs degunt quotidie eis gratis seruientes in omnibus vt ab eis extollantur ⁊ immerito commendētur. Quod tandē cōsequuntur nonnulli vero aliū altero tramite ascēdere conantur: bonam habentes vocem clamant illico opponentes vnicuiq̄ etiam clarissimo antiquorū dicto: quod eis forsitā allegauerit: ⁊ in porticibus ⁊ apotecis inquantum possunt vociferant: vt a vulgaribus auditi sapiētiores existimentur: et hi sophiste dicuntur hironice: quasi plus alijs omnibus intelligentes cum tamen nihil intelligant aut omnino parum: et propter hoc sepius ab autoribus nostris detestantur cum circa nomina vim omnem eorum faciant: vt voluit Gal. in pronosticorū commento.v. dicens. Sophiste finiūt vitaz suam in sermone ⁊ propterea eoruz ignorantia de egritudinuz cognitione est maior q̄ ipsorum ignorātia de quantitate altitudinis maris eo ꝙ sunt medici locutionis: vt idem ait vbi supra sꝫ cōmento.xij. Et in secūdo regiminis acutoꝝ cōmēto secūdo dixit. In questionibus sophistarum nō est iuuamentū aliquod addiscētibus ⁊ ob hāc causam rei veritatē nō aspiciunt sꝫ adeo in alie

nationez transeũt q̃ si inueniunt
id qđ inuentũ est dicũt esse quasi
nõ inuentũ: vt idem etiã dixit in
vj. de ingenio sanitat;.c.vj.ꝛ post
pauca inquit dimittaz igitur so=
phistas auenare sicut eorum con
suetudo est: q̃ etiã huiusmodi me
dici sint ignorãtes ipse ostẽdit in
quarto Terapẽtice.ca.ij.dicens.
Idiote quemãdmoduz ab ipa re
ruz natura edocti agunt melius
sophistis. in li. quoq; de simplici=
bꝰ pharmacijs ait. Sophista om
nis idiota melior si eñ nihil aliđ
tamẽ eas que scđm naturam in=
tentiões idiote saluant pereunti=
bus sophistis. Et in.j. de differen
tijs febriuz.c.ij.sic de eis scripsit.
Sophiste sunt cetꝰ hominũ opi=
nantiũ se sapiẽtes esse ꝫ ignorã=
tiaz suspitionẽ vero doctrine ha=
bentium. cui concordat Aristo. in
quarto methaphisice textu cõmẽ
ti.xv.dicẽs. Sophista ẽ apparẽs
sophia ꝛ nõ existẽs. ꝛ infra. Scie=
tia sophiste est sciẽtia deceptoria
tantũ: ꝛ post aliqua subiũxit. So=
phista existimat se scire ꝛ nescit in
rei veritate. damnauit eos iteruz
Galenꝰ. in. j. de simplici medici=
na distinctiõe tertia capitulo q̃n=
to dicẽs. Sophiste cõcludũt que=
stiões ex questionibus ꝛ ex eo cu=
ius nõ est declaratio: illud cui nõ
est declaratio. ꝛ in capitulo octa=
no eiusdẽ ait. Nobis magis ꝯue=
niẽs est vt conuertamus studium
nostruz in affirmãdo sensum sem
per vt per ipsuz faciamus mẽdo
sos sophistas qui negãt illũ ꝛ vi=
tuperẽt ꝛ in cap. nono loci p̃cal
legati sic dixit. Isti destruunt ista
duo simul. s. sensum rationẽ ꝛ cõ=
fundũt ꝛ permiscent oĩa qđ cum
ita sit recte quidẽ de ipsis scripsit
Aristo. in primo celi textu cõmen
ti. lxxviij. dicẽs. Sapientia sophi
starũ est negare prima pĩcipia ꝛ
destruere sapientiã: ideo cõcluda
mus cũ Galeno in tertio interioꝝ
capi. sexto dicẽte. Sophistici sunt
medici nequeũtes ꝛ nesciẽtes qđ
inuestigẽt diuersitates morboꝝ ꝛ
pugnant de illis q̃ palã sunt ꝛ fi=
niũt vitã suã in quibꝰ nõ oportet
s. in litigationibus ꝛ questionibꝰ
ꝛ argumentationibus: ꝛ volũt de=
struere ordinẽ ꝛ pulchritudinẽ di
ctoꝝ antiquoꝝ: ꝛ in primo de vir
tutibꝰ naturalibꝰ capitulo. xiiij.
di. Sophiste medicos seipos ap=
pellãt cũ nihil sciẽtes sint alij ꝟo
philosophos nihil intelligẽtes se
nominãt ꝯtradicere tentãtes di
ficere mihi multuz a virtute vete
ruz visi sunt. Quamobrẽ vel nihil
vel omnifariaz parũ quidẽ profi=
ciẽt nõ ignoro: q̃ꝫ plura quidẽ in=
uenio pfecte demõstrata a veteri=
bus: neq; ꝟo scita a multis sophi
stis neq; itellectã ꝑpter imperitiã
ꝫ neq; tẽtata cognosci neq; si co=
gnoscant ab aliquo iuste ex aĩa
ta vt idẽ refert in tertio de ꝟtuti=
bus naturalibꝰ capitulo decimo.
In plerisq; ẽt alijs locis tales so
phisticos medicos r̃pi ab auto=
ribꝰ nostris reprobatos. Et pro=
pterea nec qui dicti sunt in princi
pio a potẽtibus ꝓ sanitatis cõser
uatiõe sunt eligẽdi: sed illi qui in
fra scribẽdas habuerit ꝯditiões.

¶ Capitulũ. vij. pertractat de
cõditionibꝰ veri medici eligen
di que se tenẽt ex parte anime.

PRincipalissima cõdi
tionũ in medico eli=
gẽdo requisitarũ est
illa quã Cõciliator
posuit in sua differẽ=
tiarum secundo di=
cẽs. Medicus dei primitus dz esse
amator ac ipz in cũctis operibus
suis ꝓponat ꝛ timeat vt plenã ha=

beat sapiētiā que a dño deo est q̄ prebet eā diligetib⁹ se sicut i primo Ecclesiastici capitulo scriptuz est. Diligat igitur medic⁹ creatorē suū ꝛ timeat qm̄ initiuz sapientie ē timor dñi: ꝛ si timet eū bonā habeat cōsciētiā ꝛ peccatis ipm̄ nō offendat: qm̄ vt Salomō inq̄t in maliuolā animam nō introibit sapiētia nec habitabit i corde subdito pctis. Qđ etiā sensit Galen⁹ in primo de creticis dieb⁹. capitulo septimo dicēs. Manifestū est q̄ ille cui⁹ mens est debilis et cuius via est pessima nō addiscet disciplinā huius sciētie nedum quod antecedat ꝛ iudicet aliquid eorū que dixim⁹. Sacer ergo sit medicus qꝛ vt dixit hipocra. in li. de legc. Sacre res existētes sacris hoibus ostendūtur. prauis autez nequaq̄ priusq̄ perficātur. Medicina autez est res sacra cum dicat Ecclesiastic⁹. xxxviij. capitulo. Altissim⁹ creauit de terra medicinā ꝛ ab ipa est omnis medela. Cui cōsentit Rasis in. v. lib. suoꝝ aphorismorū dicēs. Medicina tota est dei ꝛ est res venerabilis ꝛ grates deo reddim⁹ eo q̄ nos fecit aptos i ea vt veneratores ꝛ custoditores ipsi⁹ ꝛ qꝛ fecit nos imunes a sciētijs vilib⁹ ꝛc. hoc idē Mesue sensisse videt̄ cū inq̄t. Sanat sol⁹ lāguores de⁹ ꝛ de fragilitatis solo ꝓduxit in largitate sua medicinā benedict⁹ gloriosus ꝛ excelsus tā tuz tñ auxiliari nō desinens curādi doctrinā timētib⁹ eum explicauit. Tot⁹ igitur dei timor preueniat ꝛ principiet opa tua et felicitabit ea tñ cōsidera ne q̄ te amor vl' odiū circūueniat vt declines a recto; est em̄ excelsus gloriosus q̄ iudicat: sunt ꝛ celi q̄ arguūt ꝛ elemēta que seruiunt. et si non aliud superest in posteruz cruciatus gehēne. Et ifra dixit. Deū in cūctis ꝓponer ipe ꝓponet te: honora eū ꝛ honorabit te: time eū ꝛ secur⁹ cūcta experieris ꝛc. quia igit̄ de⁹ est creator oiz vt dixit Almāsor in primo. Medic⁹ iure meritio debet eū timere ꝛ honorare ꝑceptaq̄ eius obseruare: nō sicut q̄plures nūm faciūt qui nūq̄ in ecclesijs videntur: sz mūdanis oibus delitijs dediti: gule: auaritie: luxurie ceterisq̄ talib⁹ deridēt quē bonū aliqđ facere fuerit intuiti. Dēt ꝓterea medici misericordes esse ꝛ pij humilesq̄ ac māsueti pauperib⁹ gratis medētes. vt'l voluit Rasis in libro. xxv. cōmentis. ca. nono. dicēs sic autoritate iudei. Medicus debet esse pi⁹ sup egros: miserator ipsoruz: sepeliens reuelatū cōsilium ei atq̄ priuatum. ꝛ in fine dicti capituli inq̄t. O vos medici nolite reuelare secreta magnificoruz quoties interfueritis cum ipsis qꝛ perijt inde turba magna medicorū ideo secreti sint fideles ꝛ pij dicēte quoq̄ Cōciliatore nostro. Nō velis pauperes oppꝛimere neq̄ egenos saltē ītuitu pietatis deserere cū īde laudabilis cōsurgat fama. Qđ enim abūdāter accepistis his velis gratis prime amore bonitat ipartiri. ꝛ fuit sententia Mesue clamantis. O tu corporū curā gerēs auxiliari ne differas: ꝛ qꝛ semel peunti nulla ide ꝓsunt suffragia: ratio clamat ad iudiciū si misericordiam deseris stulte: si de largo tribut gaudeas ꝛ parua negas tristē igitur ne cerne habētem irritum donū dei vt si abundāter de ipsius largitate susceperis ne parc⁹ esto: hec ipe. Sint itaq̄ medici misericordes ꝛ pij qꝛ pietas ad omnia vtilis est: promissionez habēs vite que nūc est et future: vt inquit Paulus ad

thimotheū capitulo quarto. Job quoq̄ dixit. Noli auertere faciem tuā ab vllo paupere: ita enī fiet vt nec a te auertatur facies domini quod nō minus ꝓcedit Galenus in libro de motibus liquidis. capitulo septimo dicēs. Hoc erit in sermōe dei sublimis inuocanti viro comminētis tempore necessitatis presenti amico aut paupi nō subuenienti in hunc modū dicentis. Nūquid tu presens fuisti ac amico quidē tuo in mortis articulo iā cōstituto nō subuenisti: deinde me fraudulēter adorasti di ingredere a meo sancto altari. Beat⁹ igitur est qui intelligit sup egenū ⁊ pauperem in die mala liberabit eū dominus feneratur enim dño q̄ miseretur pauperis ⁊ vicissitudinem suam reddet ei. Beati ergo iterū misericordes qm̄ ipsi misericordiā ꝯsequentur. teste Saluatore nostro in quinto Matthei. Null⁹ itaq̄ omnino crudelis medic⁹ eligatur neq̄ aliquo alio vitio deprauatus sz bonis anime virtutib⁹ insignitus. Et ꝓpterea dixit Conciliator. sit medic⁹ verax: fidelis fortis pudic⁹: castus: mā suetus: misericors: pius ⁊ visitator infirmoꝝ sollicitus: nō inuidus: nō cupidus: nō auarus: nō desidiosus: nō luxuriosus: nō vinosus: non timidus nō audax aut ꝓsumptuosus nō hipocrita: nō verbo sed opere medicus nō laudator nō fenerator aut aleator: nec venereoꝝ neq̄ abortiuū perpetrator vlla occasiōe aut doctor: dicēte Auenzoar in secundo li. sui Teisir. capitulo quinto. Quilibet doctor in medicina non debet aliquē discipulum docere nisi prius ipsū iurare faciat q̄ vllo modo medicinis nō vtatur mortiferis vel venenosis: ⁊ pater me⁹ cū essem puer: ⁊ discipulus eius in medicina fecit me iurare vt nullatenus medicinis venenosis vel mortiferis vti deberē. nec sit medicus ambitiosus aut vane gl'iosus nec vni heresi cōstitut⁹ ⁊c. Ex quibus apparet q̄ medic⁹ esse debet velut sacerdos imo velut angel⁹ cū dicat Galenus in vltimo primi de ingenio sanitatis. Oportet medicos sicut antiquit⁹ dictū est vt angelis assimilentur. Qui igitur medicus prefatas omnes laudabiles habuerit anime conditiones erit pre ceteris eligendus.

¶ Capitulū octauum ostendit que scientie et doctrine sint medico eligendo necessarie.

Secunda principalis conditio eligēdi medici ⁊ ei necessaria ē hec scilicet vt in liberalib⁹ artib⁹ sit eruditus dicēte Rasi in xxv. cōtinētis capitulo nono. Debet scire medicus geometriam et scientiam astrorum: sin autē ignorabit diuisiones temporum ⁊ dispositiones regionum. etiam debet scire logicam: sin autē ignorabit diuisiones generum morboꝝ addens ipsoꝝ ⁊ etiā ignorabit se qui veritatē ⁊ falsitatē illius qui sequi voluerit duo regimina cōposita insimul: etiā scire dz pronostica: ⁊ semꝑ proferre digna verba ⁊ digna vocabula exercitatus in libro hippocra. ⁊c. hec ipse. Hoc ēt noster inquit Conciliator in differentiarū suaꝝ prima di. Grāmatice: logice: rethorice: arithmetice: geometrie: musice: astrologie: philosophie naturalis metaphisice ⁊ omi bonaꝝ artium opz medicū dignotionem habere: licet omnino peritum in eis non oporteat medicum esse: ⁊ exquisitam ipsarū habere cognitionē: sz sufficit

ſi aliqualem earum habuit in cō-
muni: ſicut etiaʒ Haliabas in ſue
Theorice initio ſentire videt̄. Et
Galenus etiaʒ in ſcdo interiorꝫ. c.
vij. dicēs. Neceſſe ē vt ſit medicꝰ:
nō ſolū medicꝰ verū etiā libera-
liū artiū magiſter. vt poſſit pluri-
ma explanare ⁊ oſtendere. Raſis
queqꝫ in. vj. lib. ſuorꝫ aphoriſmo.
ſic ait. Qui ex ſcientia naturali et
philoſophia adiutꝰ nō fuerit: nec
ex canonibꝰ logice dubitabilis dꝫ
eſſe ⁊ maxime medicine. Eſt autē
aſtronomia et pre ceteris maxime
neceſſaria cū ſit iudicorū eiꝰ dire
ctiua: vt ad plenū declarauit Cō-
ciliator: ⁊ nos in ſpeciali quodā
noſtro tractatu: et fuit ſententia
hippocratis in libro de aere: et
aqua ⁊ regionibus: vbi ait. Qui
recte tenēt ⁊ credunt: norint aſtro
nomiam non minimam partē eſſe
medicine. Quod etiam clarius ex
preſſit Galenus in vno librorum
ſuorum de ſpermate in titulo qui
diuerſus eſt ab eo ꝙ impreſſus pri
mitus fuit dicēs. Scire debet me
dicus planetam ⁊ ſignum in quo
eſt cum egrotare ceperit quis: tp̄s
ipſum diem atqꝫ horam ſimiliter.
Nam ſi infirmitas fuerit ſecundū
planetam et ſignum: ſed accidēta
liter ex actiōe ſigni ⁊ planete tūc
habet aliā euentionem. ⁊ ſubdit.
Opus noſtrū eſt cognoſcere om-
nem phyſicā operationem ſupe-
riorum corporum: ⁊ inferiorum: ⁊
generationem ⁊ operationem eo-
rum: ⁊ colligātiā: ⁊ operationem
ipſorum per numerum planetarū
quibꝰ precognitis notātur enim
in quibꝰ infirmitatibꝰ quiſqꝫ labo
rat: ⁊ qbꝰ pharmacijs doceat cu-
rari ſecundū ſui corporis naturā.
hec ipſe retulit Galenus hippo-
cratis autoritate. Longe aūt ma-
gis in ſciētia medicine dꝫ medicꝰ
enutritus eſſe: atqꝫ vt ita dixerim
fundatꝰ peroptime ne ei accidat
ꝙ Cōmētator Auer. in. ij. Meta-
phyſice. cōmēto. xv. aſſerit vni im
maturo medico contigiſſe dicēs.
Qui itēdit medicari hoiem: ⁊ iterꝫ
ad diſcit medicinā ei accidet: ſicut
cuidā cōtigit qui cū ad infirmū ac
ceſſit: ⁊ ꝓpinauit ei medicinā: ⁊ in
ſpexit poſt librū: ⁊ cū rediijt mor-
tuū reperijt infirmū. Et ꝓpterea
Cōmēta. ſectarū ſic ait. Opꝫ peri
tū eſſe medicū quatenꝰ oēs cau-
ſas inueniat egritudinū: ⁊ ꝟtutes
remediorꝫ: vt cū his opari valeat
⁊ ratiocinari. Qđ ſenſit Gal. in lib.
de experimentis. c. j. dicens. Nos
nō laudamus hominē ignorantē
artem quia habeat experimenta
quoniam vellet prodeſſe et forſi
tam noceret: ⁊ ꝓpter hoc oportet
hominē ſcire cōplexiōes cauſas
⁊ accidētia: ⁊ vt cognoſcat egritu
dines ⁊ earū accidētia qm̄ ꝙ hec
ignorat nō eſt ſecurꝰ quin noceat
plurimum et ꝓ maiori parte et ſi
aliquādo proderit hoc erit ex for
tuna. Et idē i li. vj. meamir. ſic ſcri
pſit. Oſtēdi vobis vtrūqꝫ eorꝫ q̄d di
cebat Erophilꝰ verum eē: ait em̄
ipſe qm̄ ⁊ dixerit aliquis nihil eſſe
pharmaca ſola per ſeipſa cōgrue
dicet: nihil enim ſunt niſi habeāt
eum qui recte vtatur eis. Si vero
rurſus velut manum dei dixerit
eſſe pharmaca recte dicet: ꝯferūt
enim valde ſi habuerint vtentem
eis exercitatū in logica theorica
⁊ cū hoc natura ſciētificū. Ex qui-
bus dat intelligere ꝙ qui medici
volunt appelari debētꝫ eſſe in me-
dicina periti ⁊ ſtudioſi vt ſciāt opor
tuna cognoſcere ⁊ cām reddere
vniuſcuiuſqꝫ dicente eodem Gal.
in ſexto aphoriſmo. cōmēto. xvj.
Oportet medicū ſtudioſum eē ne
aliquid abſolute dicat ⁊c. Qui aūt

medicina immēsa sit profunditas vt dixit Damascenus in suorum aphorismorum phemio. Debet medic⁹ esse solers ac lector assidu⁹ neqꝫ die neqꝫ nocte studio deficiēs ꝛ meditator indeficiēs: vt ēt scripsit Conciliator. Quid autem meditari debeat expressit Auicenna in prima primi. c. ij. dicens. Ea de quibus debet medicus ratiocinari sunt egritudines earum cause particulares et earū signa et qualitas egritudinis remoueatur et sanitas conseruetur: ꝛ cuiusqꝫ earum esse occultum fuerit ad illud declarādum debet demonstrationem afferre: ꝛ nō debet medicus in rebus mūdanis occupari: quoniā qui dedit⁹ est omnino secularibus negotijs ac mundi delitijs negligit fundamētū medicine et philosophie ac artiū doctrinā: et propterea nō est ei fides adhibenda: vt Damascen⁹ inqt vbi supra. Debetqꝫ: vt Rasis ait in. vj. suorum aphorismorū q̄plures doctorū libros legere ꝛ secreta eorum inspicere: quoniam hoc ei nimium confert eo ꝙ qlibet philosophus aliqd habet sibi cōueniens. quod qui non faciunt illiterati existunt. Medicorum autē illiteratorū luxui subiacētium plurimi sunt homicide: vt dixit Damascenus et idō tales nō sunt eligēdi: sed docti tantummodo ꝛ studiosi.

¶ Capit. ix. in quo declaratur quos libros medicus eligend⁹ legere debeat ꝛ intelligere.

In fine p̄cedētis capituli dictū est ꝙ q̄plures doctores libros legere medico nimiū cōfert. Qui aūt sint hi libri Ras. sic exp̄ssit: nos ꝓo dicim⁹ ꝙ medic⁹ libros p̄cipue antiquorū legere. dꝫ dicēte Gal. in. iij. de virtutibus naturalibus. c. x. Oportet medicū velut insanientē: neqꝫ die neqꝫ nocte deficere studētē: ꝛ contēsuꝫ addiscere q̄cūqꝫ a gloriosissimis dicta sunt veterib⁹ ꝛc. In primis igit̄ libros hippocratis sapiētissimi ac vetustissimi medici legere ac itelligere debet: qm̄ ipse p̄cipu⁹ inter clarissimos p̄res semp ꝛ fuit ꝛ habit⁹ est: vt ex verbis Galeni in infinitis fere locis colligi pōt. Dixit em̄ de eo in introductorio medicorum libro sic. hippocrates q̄ oēs superexcessit p̄m⁹ i lucē duxit pfectā apud grecos medicinalē artē. ꝛ in. iij. pronosticorū cōmē. xliiij. sic de ipso ait. hippocrates nō dimisit dicere aliquā ex rebus de qua fuerit nobis dignum existimare ꝙ sit falsa: ꝛ q̄cqd dicit nō sine causa dixit. ꝛ in. iiij. d̄ ingenio sanitatis in fine sic inqt. Uolo reuerti ad fontē veritatis: scꝫ ad hippocratē: ꝛ dico ꝙ miror inuestigationē tāti viri eo ꝙ nihil eorum q̄ ad adiutoriū in morbis denotādis accōmodat: inuestigauit: qđ nō solū in vno verūetiā in oībus fecit: sed maxime studiū eius fuit in intentiōe q̄ sumit̄ a periculositate morbi. in. v. etiā eiusdē tractatu sic ait de eo. At hippocra. oīs nostra autoritas ꝛ lumē est p quā rectā ꝛ artificialē viā habuimus. ꝛ i. vj. eiusdē. c. iiij. sic quoqꝫ scripsit. Querēda sunt hippocratica dicta: qꝛ ipse prim⁹ oīm rectā viā ostēdētiū existit. Nec nō in. j. Terapen. c. ij. inquit. hippocra. omniū nobis bonorum prebet semina q̄ indigent bonis agricolis qui seminēt ea: ꝛ augeant: ꝛ ꝯsumant cōuenicter. Et in. j. virtutū naturaliū. c. xiij. dixit de eo. hippocra. quē scimus medicorum ac philosophorum oim primū esse: sicut aiūt ꝛ p̄m⁹ sic vtiqꝫ agnoscēs

tertissime opera nature: quaz ad
mirat semper: et nunus eam extollit
iustã nominãs: et solã sufficere ad
oia. In scdo quoqz de creticis. c. j.
sic ait. Oẽs medici puenerũt sup
hoc q hippo. fuerit ex oibus ho-
minib⁹ vn⁹ ex magis veridicis: et
veracior in sermone: et fortior sup
experiẽtiã. Et in li. de virtutib⁹ ani
maliũ. c. ix. iterũ sic d eo inqt. Hip
pocrates oim fide dignissim⁹ ẽ te
stis li qs testificet sicut qbusdã est
mors: suorũ dogmatũ veritatẽ ego
aũt nõ vt testi credo huic viro sicut
alij m'ti: sz pp̄terea qr demõstra
tiões eius inuenio certas: ppter
hoc etiã ipm laudo. hec ipse Gal.
in pluribꝰ qz alijs locis ipm cõmẽ
dauit: modo admirabilẽ: modo di
uinissimũ: et quandoqz bonorum
oim ducẽ nihil vnqz falso: nec fa-
bulose dixit appellauit. Nec solũ
Gal. sz etiã Auic. in. j. iij. trac. ij. c.
vl. laudauit ipsum pmaxime. cui⁹
text⁹ seriẽ ob traducẽtis defectũ
intricatã et vix itelligibilẽ nõ ad-
duco sz loco eius gentilis exposi
tionem: qui principẽ sic velle di-
lucidat dicẽs. Cõcedere qd dixit
hippocrates est cõcedere rem vi-
sam: rem auditam: et rem exper-
tam: et rem phisice probatã: ipse
eñ fuit philosoph⁹ et expertus q
nõ scripsisset si nõ vidisset et audi-
uisset qd scripsit. Ecce igit q̃tum
a viris dignis hippocrates com-
mendet: bene ergo diximus. s. q
in primis medic⁹ dz legere libros
eius: post illos vero Gal. volumi-
na sunt ab eo plegẽda: q etsi plu
ra q̃ cetũ existãt: nullus tñ ex eo-
rum multitudine terreri debet: qr
in eis tota atqz perfecta medicine
scientia cõtinetur dicente eo de se
ipso in primo regiminis acutorum.
cõmento xliij. q secutus fuerit in
omnibus q scripsit sentẽtias hip
po. q sunt sciẽtie certe valde. in li.
quoqz secretorum suorum in rub. q est
ad dolorẽ capitis et ad lachrimas
ocolorum dixit. Qui vult eẽ prudẽs
in arte ista. s. medicie legat libros
meos: et tũc vtatur istis medicinis
quas ego cõposui et expert⁹ sum
postqz cognouerit cõplexiões vtẽ
tiũ eis. quõ aũt medic⁹ legere de-
beat libros suos docuit ipe in. iij.
interiorum. c. iij. di. Precor vidẽtes
meos libros illã inuestigtionẽ et
impedimentũ dimittere qd faciũt
illi q sophisticã intentionẽ inuesti
gãt: qr hec intentio nõ generat ni
si bellũ et rabiẽ absqz vllo pficuo
et cõuertãt se ad indagationẽ ve-
tati ptingentẽ: ipse pfecto secũd⁹
post hippo. nõ immerito habitus
fuit: et sua doctrina sapiẽtis nomẽ
sibi vẽdicauit. vt ipsuz Auic. et Ra
sis sepius appellarũt dicẽtes in-
quit sapiẽs. Gal. et c. Et certe ipse
medicinalẽ artẽ pfecit dicente se-
ctarum Cõmentatore. hippo. veluti
semina nobis tradidit. Gal. at se-
mina illa excoluit: et ppagauit: et
pfectionẽ imposuit: et non solũ hi
sz pcipu⁹ medicorum stimul⁹ Auer.
in. ij. coll. c. de mẽbris hãnelit⁹ cũ
plurimũ cõmẽdauit dicẽs. in ma-
iori parte rerũ de quib⁹ opinant
hoies q Gal. ptradicit Aristo. nõ
est vera cõtradictio: sz sicut addi-
tiones et cõplemẽta. Et in. v. coll.
iterũ dixit de eo q fuit verax et le-
galis experimẽtator in hac arte
s. medicine: et nullus est q posit ei
cõparari. Debet etiam medicus
videre libros Auẽzo. q gloriosus
fuit medicus: vt Ras. est testifica-
tus cui in hac sciẽtia dz cõcedi co
rona: qr vixit centum et triginta
qnqz annis: et in. xlx. anno in hac
arte opari cepit: et in bono obijt
statu: et in ambitu sciẽtie vidit quã
ta videre et cognoscere potuit: eis

go suis libris credendu3 est testimonio indt Auer. de ipso coll'.iij. & in .vj. li. eiusdē ait de eo qđ in libris Auēzo. medicine thesaurus ptz manifeste. Debet siłr. medic9 legere & videre libros Rasis: haliabatis: Aui. Isaac: Mesue: & ceterorum sapiētū antiquorum: q̄ quāta laude digni sint nō est op9 dicere: cū satis ad modū corum opera quales quātiq3 fuerint manifestissime declarēt: circa quorum volumina oēm operā & oēm industriā: vt ea intelligat: d3 medicus adhibere: qm antiq̄ teste Gal'. i. de crisi. c. vj. cōuertebāt oia studia sua ad cognoscendā ipsarum rerum veritatē. Illi aūt q̄ nostri tēporis sunt oēs p̄ter paucos cōsumūt etates suas in noibus: et pretermittūt res q̄s noia significāt. Et iō postq3 veteres viderit & intellexerit approbatos etiā modernos legere non pigeat his regionibus et tēporibus accōmodatos et cōsolantes magis antiquorum medicamina.

¶ Cap. x. in quo autor ostēdit medicum eligendum practicū siue expertum ac boni iudicij esse oportere.

Tam vniuersalia ad medici eligendi pfectionē nō sufficiūt: s3 etiā pticularia requirant. iō nec esse est vt medic9 etiā sapiētissim9 (si pfect9 dici mereat) vt in suo magisterio opat9 fuerit: cū dicat hali in. iij. tehni cōmen. xxv. ij q medici secundū vitatē sunt medici operationis: & eorum occupatio est in operatione & nō in verbis & sermone. qđ sensisse videt Gal. in. vj. lib. de ingenio sanitatis. c. j. di. Non est verum aliquem esse medicum eo q scit separationem iuncture cuiuslibet membri solidari debere: medicus enim est si sciuerit cum quibus solidatio fiat. & in. ij. terapētice. c. vltimo inquit. exercitatū ad oia et natura prudentē oportet esse medicum. In. iij. quoq3 de crisi. c. iiij. sic ait. Necessariū est vt sit medicus acuti sensus & iā plurimo exercitat9 exercitio. Ex qua quidē sententia et ex v̄bo illo plurimo innuit nobis Gal'. medicum etiā expertū esse debere: et appume quidē qm experiētia est illa q̄ artē fecit: inexperiētia vero casu3 teste pho in. j. methaphysice. vbi post pauca subiūxit si sine experimēto quis rōnem habeat et vniuersale quidē cognoscat hoc aūt singulare ignoret multoties quidem in curatione peccabit: a quo sumpsit Auer. in. j. cōmento cantico2ū Auicē. di. non sufficit in medicina rō sine experimento neq3 experimentū sine rōne sed vtrunq3 exigit simul. & idē in. vij. colliget sic ait. In arte medicine necessaria est preter rerū vniuersaliū cognitionē: experientia pp̄ter qua3 particularis principia habeant in eo qđ in vnoquoq3 indiuiduo fieri debet. & infra dixit. ars medicine est magis appropriata experiētie q3 rōni: & pp̄terea laici & iuuenes q̄ res nō sunt experti interfectores existūt: vt Rasis indt in. vj. suorum aphorismorum a quo sumpsit Damasce. cū indt nulli credendū est studioso medico nisi etatis sit cēprobato: q̄propter cōcludendū est cū nr̄o padubanēsi dicēte non v̄bo s3 opere medicū esse op3: studiosum sc3: & magis exercitatum quē bonum practicum vulgares solēt appellare. hic equidem p̄ter scientiā ac practicam debet existimatiōis & naturalis iudicij bonitatē habere: que quātum sit medicantibus oportuna declarauit

Hali rodoā in. iij. tehni. cōmento cv. di. Melior medicorum est ille cuius existimatio artificialis est propinquior veritati: et nō preparat illud nisi cum multitudine studij in operatione huius artis et bonitatis scientie precedentis per ingenium sanitatis etc. qd sensisse videtur Gal. in. j. de creticis. c. xj. cū dit. Necessarium est vt nō sit medicus q medicat recte: nisi ille qui iudicauit prius super eum recte: qr optimus medicus est antecedēs cum iudicio: et propterea in. ij. de crisi. c. iiij. sic inqt. Medicus q non valet discernere inter febrem tertianā et quartanā a primo die egritudinis ipse nō est in aliquo gradu medicine. Rasis quoqꝫ in. vj. suorum apho. lib. sic ait. Complexio boni ingenij hois opere medicie et philosophie et cogitatiue preualet. a quo sumpsit Damasce. cum dixit. Ingenium naturale medici cum paruo etiā artis fundamēto adiuuat natura: innaturale vero cōtrariū. Nec sine causa profecto dixit naturale: qr hmōi ex natura tantum: et non ex arte fieri solet: prout dixit Gal. in. ij. de crisi. c. vij. in hunc modum. Si medicus habet aliquid de comprehēsione et existimatione et de intellectu: aut non habeat non inest vnicuiqꝫ hominum nisi ex natura et non acquisitum. Qua de re bonus et eligendus medicus hanc inter ceteras conditionē necessarias debet habere scꝫ vt bonum ac perspicax habeat ingenium: iudiciū rectum integrumqꝫ: atqꝫ perfectā existimationē: q in multis sue artis rebus eū plurimū adiuuant.

¶ Cap. xj. in quo ponuntur cōditiones medici eligēdi se tenētes ex parte corporis.

Semper si vnum cõtrariorum est malum reliquuz est bonuz: quemadmodum dixit Aristo te.in postpredicamentis cap.scdo. Ideo dicendũ est q̃ quiete mala existẽte motum siue exercitiũ bonum esse: et sicut illa pessima hoc optimũ fore ad sanitatis cõseruationẽ cũ nõ solũ ei9 vtilitas ad corpus: sz vsq3 ad animam ipsam perueniat: vt sensit Gal.in libro quẽ de exercitio cuz parua spera nominauit: ca.illius scdo dicẽs. Exercitiorum enim quoddã nõ solũ corpus: sz animã letã reddere põt. Et post pauca subdit. Tante enim in ipso potens fit aĩa motionis q̃ multi quidem liberati sunt ab egritudinib9 gauisi solum. Et post aliqua subiunxit. Laudo exercitiũ quod corporis sanitatẽ prebet: et partiũ conformitatem et anime virtutem. Et postea inquit. Ipsuz enim scilicet exercitium animaz potens est ad oĩa iuuare: et corporis partes etc. Et in libro de assuetudinibus sic ait. Que exercitantur particule corporis fortiores simul et solidiores fiunt: et sm hoc possunt ferre proprios mot9 alijs melius quecũq3 ppter inexercitationẽ molliores sunt et ibecilliores. Hippocrates quoq3 in libro de aere et aqua hoc voluisse videtur cũ ait. Exercitiũ laboris tolerãtia prestat. Quies autem et requies timorẽ et ignauiã. Labor vero et agitatio animositatẽ ministrat: a qb9 accepit Auerrois in sexto colliget cũ dixit. Iuuamentũ exercitij tẽpatiuni uersale ẽ: qr spm intrinsecũ augmẽtat: et superfluitates membrorum nutrimenti expellit et resoluit. Sic igitur non solũ corpori: sz interiori aĩe exercitiũ videtur cõferre. For=

tificat preterea exercitiũ calorem naturalē et ipsum augmentat dicēte, Auicēna in tertia primi. doctrina scda. capitulo primo. Exercitiũ est id qđ calor innatus renouat: ꝛ corpori leuitatis cōfert vsum: ipsum namq; subtilē facit colorē ꝛ quod ex superfluitatibꝰ cōgregat quaq; die dissoluit. Et subdit. Et preter hoc ꝙ calorē innatū accrescere facit iūcturas et chordas duras efficit. Quāobrē operatiōes efficere pñt: ꝛ a passionibꝰ secure fiūt: ꝛ mēbra apta reddit ad nutrimētū recipiendum: ꝛ eoꝝ duriciē resoluit: ꝛ ip̄a facit lenia: ꝛ hūiditates subtiliat: ꝛ poros dilatat ꝛc. Qđ ēt sensit halia bas in. v. Theorice. ca. xij. dicēs. Necessariũ fuit exercitium trium cā vtilitatū. Prima est vt naturalem expgefaceret calorez ꝛ expergefactuz augeret. Uñ cōfortatus cibos fortiꝰ traheret velociusq; digereret: illosq; mēbra susciperēt scda supfluitates quoq; corpis dissolueret: tertia ꝙ mēbra eo indurescerēt ꝛ ꝯfortarent: alioꝝ cū alijs replēssiōe iōq; ꝛ in suis cōfortarent actiōibꝰ: remotioraq; fierēt ab incōmodoꝝ susceptione. Que ꝗdē fuit sentētia Gal. in scdo de regimine sanitatis. prio dicentis. Utilitates exercitij sunt due ad euacuationē supfluitatū ꝛ ad bonā valitudinē solidorum corporum: qꝛ exercitiũ est vehemēs motus: ꝛ ideo necesse est hec tria fieri in exercitato corpe: duriciez organorum inuicem cōtritorum quare sequit impassibilitas eorū ꝛ ad actiones robur: augmētatio nemq; caloris naturalis ad quā sequitur relictoꝝ attrahatio fortis: ꝛ alteratio paratior: ꝛ nutricatio melior: ꝛ effusio oīm corporuz que solida quidē mollificantur. hūida ꝯo subtiliant: ꝛ pori latiores efficiunt: spūsq; fortiorē motum ad quē sequit demū euacuatio superfluitatū. Et infra sic inquit. Commune est omniuz exercitioꝝ naturalem calorem animalibus ex ipsis ꝓprijs animalium corporibus augere: cōcludē dum est igit et aliud exercitij iuuamentum cum Gal. in secundo libro de accidēti et morbo. ca. iij. dicente. Calor naturalis cōfortatur ꝛ augmētat ex motu ad quā calons innati cōfortationem cetere in corpus proueniūt vtilitates ꝛ operationum perfectiones quarum vtilitatum prima est virtutum corporis fortificatio: dicente Gal. in secundo aphorismorū cōmento. xlviij. Utile exercitium nam commouet naturalem calorem ꝛ validas facit que in membris sunt virtutes naturales animales ꝛ vitales: fortificando igit naturales carnosum reddit corpus: vt dixit Auicē. in cāticis textu cōmenti. cxliiij. Exercitiū disponit corpus ad hoc vt nutriat: ꝛ disponit paruū vt augeat. Quod sensit Aristo. in. v. problematum problemate. xiiij. superius alleg. dicēs. Motus ꝛ fricationes ventrem quidem subtiliāt: aliud vero corpus ingrossant sicut quies oppositum facit: augendo autem virtutes animales ꝛ vitales exercitium mūdificat ꝛ expellit a corpore superfluitates: ꝛ per consequens a futuris liberat infirmitatibus longe melius ꝙ si cum medicinis farmacis corpus purgaretur: vt infra: scz in sequēti capitulo dicemus.

¶ Capitulū. xxiiij. ostēdit ꝙ exercitiū cōseruet optime sanitatē ꝛ meliꝰ ꝙ si corpꝰ dieta vl solutiuis purgaretur medicinis.

Quam

Quā preciosus sit sanitatis thesaurus dixit Ecclesiastic⁹.in.c.xxx.sic inquiēs.Melior est pauper san⁹ ꝛ fortis virib⁹ ꝙ̄ diues imbecillis ꝛ flagellatus malitia : salus aie in sanctitate iustitie maior est oi auro ꝛ argēto:ꝛ corp⁹ validū ꝙ̄ census immensus:qꝛ non est census super sensum salutis corpis. Qđ etiā sensit cōmētator sectaꝝ cuȝ ait.Sanitate nō inuenit̃ aliq̄d vtilius:qꝛ sine sanitate nec carpētarius operat̃:neqꝫ rector expōere pōt neqꝫ grāmatic⁹.ꝛvt amplius dicat̃ nulla ars sine sanitate pfici pōt:ꝛ fuit in paucis ̄vbis Gal. cōprehēsa snia in.ij.alimētoꝝ.c.x.dicētis.sanitas est res dignissima studēti viuere ƀm naturā:preciosuȝ igit̃ iure merito atqꝫ dignissimū id dicēdum erit ꝙ sanitatis erit cōseruatiuū:quēadmodū est exercitiū dicēte Auicē.in.iij.primi doc.ij.in principio ꝙ plurimū regiminis cōseruatiōis sanitatis est vt nos exercitemur: ꝛ fuit snia Almāsoris in quarto.c.j.dicētis. Sanitas cōseruat̃ bonitate mēsurātiōis mot⁹ꝛ quietis ꝛc.Et in.ij.c.eiusdē inquit.Sanitatē cōseruare volenti ante comestionē moueri necesse ē:idē quoqꝫ senlit isaac in vniuersalibus dietis.ca.xx.dicens.Exercitia ad digerendum ꝛ ad sanitateȝ optima sunt. ꝛ Auēzoar in suo Teisir.c.prio idē voluit cū ait.Cōueniūt medici ꝙ exercitiū tēperatū:siue fiat pedib⁹:siue equo adiuuat in cōseruatiōe sanitatis dūmō tps excedat:ante quos oēs Gal.dixerat in libro de euchimia ꝛ cachochimia.c.j.sic. Amicoꝝ meoꝝ q̄cūqꝫvacāt circa exercitia ꝛ ordinatiuā dictationē oēs video semper sanos.ꝛ i.c.iij. eiusdē sic ēt inquit. Maximū eñ est malū ad sanitatȝ custodiā q̄es corpis:sicut maximū bonū ē moderata motio:neqꝫ eñ egrotabit oīno debite dietatus ꝛ exercitat⁹ a quo sumpsit Auerrois id qđ in vj.colliget scripsit.s.cū ait. Uniuersaliter tēperatū exercitiū conseruāde sanitatis mirabilis causa existit:et malitia que ꝓpter priuationē exercitij accidit in carceratis manifestat̃:qꝛ coꝝ facies cacetice fiūt:ꝛ eoꝝ color est impur⁹ ꝛ oēs ipsoꝝ operatiōes sunt lese quoꝝ oīȝ cā ꝛ principiū a pricipe philosophoꝝ Aristotele declaratur in.j.problematū : ꝓblemate liij.vbi dixit.Non oportet densare carnē ad sanitatē:sȝ rarificare quēadmodū ciuitas sana et loc⁹ bene euētabilis:ꝓpter qđ et mare sanū est:ita ꝛ corp⁹ bene exabile magis sanū est:opȝ eñ in eo aut nullā existere superfluitatem:aut ab hac quidē velocissime alteret̃ ꝛ semper sic habere corpus ꝙ accipiens cōfestim expurget superfluitatē:ꝛ esse in motiōe ꝛ nō q̄escere:qđ enim manet non putrefit quēadmodū aqua que mouetur putrefacta aūt egritudinē facit: qđ aūt expurgat̃ ꝓusꝙ̄ corrūpat̃ separet̃:hoc aūt cōdensata carne nō fit:ecce igit̃ quātum ad sanitatis custodiā faciat exercitiū.
¶ Quō aūt hoc faciat ꝛ qualiter melius quā purgātes medicine queret quispiā:cui dicem⁹ cū gal. in prio de regimine sanitatis circa finem dicente.Exercitiū soluit ꝛ euacuat ꝑ poros supfluitates. ꝛ infra subiūxit.Melius est euacuare supfluitates corporis que in cute exercitio ꝙ̄ attenuatius cibis vł farmacijs.Cū farmacie;calide sunt ꝛ sicce:ꝛ quib⁹exsiccant̃ carnes ꝛattenuant̃ solida:i exer=

citio vero nihil nocet corpi: imo
roborant organa calore naturali
reuiuificato: et ea q̄ adinuicē mē-
broꝝ rarificatione: duricie: et im-
passibilitate innata: qđ etiā dixit
Auicē. tertia primi doc. ij. c. j. Qui
exercitat̄ ſm modū sue equalita-
tis: et in hora sua nullo idiget eo-
rū medicamētorū que materiali-
bus sunt necessaria egritudinibꝰ.
Et in canticis suis textu cōmenti
cxliij. sic ꝙ ait. Ex exercitijs de-
cet qđ sit moderatū tēperatum et
equale: nam equat et tēperat cor-
pora. et efficit egressum superflui
tatū: qđ cū ita sit cōcludemꝰ cum
Auerroi in ꝯmento. cxlvij. cātico
rum: ꝙ corpus exercitatū nō indi
get ꝓcul dubio in aliquo euacua
tiōe facta ꝑ farmaciā vel phlebo-
tomiā: silr cū Gal. in tertio apho
rismoꝝ cōmento. xxj. dicēte. Ex-
ercitia mūdificādo corpus a futu
ris liberāt infirmitatibꝰ: et ꝑ ꝯñs
sanitatē ꝯseruāt: et iure merito ꝑ-
ciosissima sunt dicenda: sicut nos
ea initio huius capittuli appella-
bamus.

¶ Capitulū. xxv. ostendit que
corpora se exercere nō debeāt
et que moueri nō possunt quid
loco eius facere habeat.

Exercitiū ꝙtū est ex
se est vnicuiqꝫ vtile et
necessariū: vt in ca-
pitulo visum est su-
periori. quātum in
quā est ex se: qꝛ me
rito idispositoꝝ exercitantiū pōt
nōnūꝙ non iuuare: sed et plurimū
nocere: et causam eē ꝙ plurimarū
infirmitatū et interitus etiā eorū
ꝙ facile queadmodū cibus in se
semper bonus famelico confert:
repleto vero nō modicum nocet:
quāobrem dicendum esse dein-
ceps mihi videtur necessarie qđ
corpora exerceri nō debeāt vt er-
rare nō cōtingat: sicut sepenume
ro vidi nōnullos a semita verita-
tis deuiare credētes exercitij iu-
uamēta vnicuiqꝫ equaliter esse cō
munia: dicamus ergo cū Gal. in
tertio aphorismoꝝ. cōmento. xxj.
sic scribēte. Corpora repleta aliq̄
malo humore exercitari nō debēt
anteqꝫ euacuentur: queadmodū
eñ mordacissimi canes cum dor-
miūt nō sunt irritandi: sic et mali
hūores exercitio nō apti euacua
ti nō sunt eo cōmouēdi ne moti et
alterati putrescāt et aliquā egri-
tudinē faciant. Quod voluit etiā
Auicē. in tertio primi doc. secun-
da. c. iij. dicēs. Hora qua inceptio
exercitij ꝑparat̄ oportet vt corpꝰ
sit mūdū et ne in partibꝰ intraneo
rum et venarum chimi siluestres et
mali existāt quos exercitiū in cor
pore diffundat. Repleta igit̄ et nō
pura corpora sunt ab exercitio pro-
hibita. Silr inanita et gracilia ha
bētes corpora nō sunt exercenda
ſm hippocratis sniam in secūdo
aphorismoꝝ aphorismo. xvj. dicē
tis. Ubi indigētia nō oportet la-
borare. et Auicen. in parte secun-
da cāticorum textu cōmenti. xlv.
idem sensisse videt̄ cū ait. Macer
nō debet exercitari: ne ipsiꝰ disso-
lutio augeatur. Et ꝑ macros in-
telligit et corpora cholerica: vt in-
quit Auerrois ipsum exponēdo.
Nos aūt sic putamꝰ superadden
dum esse forte: scꝫ exercitio: qđ
moderatū nō dissoluit nec debile
vt manifestū est. Aliqui etiā vt val
de senes et egri et cōualescentes et
huiusmodi cōueniēter exercitari
nō possunt: qui tā Gal. cōsilio vti
debent dicentis in libro de euchi
mia et cachochimia ꝙ quicūqꝫ ꝓ-
pter etatem nō possunt exercita-

ri ante cibū: hi abstineant a grossis cibarijs: q̄cunq̨ vero sunt oīno ociosi: neq̨ ipsi accedāt ad tales cibos quinimo appensionib⁹ vel deambulationibus pro fortiorib⁹ vtant̄ exercitijs. In libello vero de exercitio cū parua spa sic inquit. Qui cōuenienter exercitari nō possunt fricatiōibus mollibus vel balneis calidis vti dn̄t hoc em̄ suauissimū est et quiescere egētib⁹ oportun issimū. ⁊ ibecilli: et seni: ⁊ puero valde ꝯferens. Nec vlla q̄s affici dȝ admiratiōe si nō potentes exercititari fricari debeāt: qm̄ fricatio est actū ꝛ eēt altera ps exercitij q̄ cū fuerit mollis laxat si aūt multa macrescere facit: si vero temperata īgrossat: vt voluit Auic. in tertia primi doctrina scd̄a. c. iiij. ⁊ fuit snīa Ari. in. xxxviij. problematū problemate prio dicentis. Fricationes augent carnem ⁊ faciūt caliditatem sicut quodā exercitio vt idem ait in. xxxiij. eorūdeȝ particula ꝓblemate scd̄o. Nō solum aūt debilibus sȝ etiaȝ reliquis exercitādis fricatio videt̄ vtilis et necessaria cū Auicenna in tertia primi. doc. secūda. c. ij. sic scripserit. Oportet vt qui exercitat̄ prius fricatione preparet̄ que naturā viuificat et poros dilatat: q̄ cū re aspera fiat ⁊ fuit snīa Gal. in scd̄a de regimine sanitatis dicētis. Qui exercitādus est non confestim fortiter est monēd⁹ nisi añ fricationem preparetur: hoc tñ et si vtile sit non in vsu habet̄ obseruādū tñ esset. Nec minus illō memorie tradendū est vt q̄ se exerceret ꝯfestim fortiter nō moueatur sed paulatim motū augendo ꝯtinue procedat sicut etiam in seqnenti cap̄. dicemus. Et hec de nō habētib⁹ exerceri dicta in presentiarū sufficiāt.

¶ Capitulum. xxvj. ostendit q̄ ⁊ quot fieri oporteat antequā exercitandus suum incipiat exercitium.

Preterea que dicta sunt in calce precedentis capituli de fricatione que fieri debet ante exercitium: ⁊ de successiuo labore augmentando: sunt et hec alia obseruanda scilicet anteq̨ exercitium quis etiam exercitandus accedat quorum primū est exercitium faciendum proportionet̄ cibo p̄assumpto scd̄m qd̄ voluit Isaac in vniuersalibus dietis cap̄. viij. dicēs cum aliquis exercitās carnib⁹ pullorū dietet se vel perdicū cito dissolute inde generātur debilitates: ⁊ i vltimo capitulo p̄allegati libri sic ait. In magnis exercitijs si dieta accipiatur subtilis velociter deficiūt: ⁊ cō sumūtur carnes: ⁊ i ptisiȝ icidūt. Volentes itaq̨ fortiter laborare grossiori se reficiāt dieta: subtili vero q̄ debiliter seu paruȝ media vero q̄ mediocriter. Aliō ab exercitādo oīno obseruādū est vt anteq̨ incipiat laborare pro posse conetur communes expellere superfluitates sicut iubet Auicēna in tertia primi doctrina secunda capitulo tertio dicens. Oportet vt qui exercitatur superfluitates prius ab interioribus expellat. scȝ intestinis ⁊ vesica deide se exercitet: que fuit Galeni sententia in secūdo de regimine sanitatis cuȝ inq̄t. Ac exercitia sunt agēda cū minxerint ⁊ egerint ne q̄d horum robore caloris q̄ in exercitijs ad ambitū corporis. reducatur: per has igit̄ principales dedit ⁊ al's intelligere supfluitates nasi scis

licet oris &c. Debet preterea exerci
tād⁹ anteq̄ ad motū perueniat suf
fultas: graues et suffocātes: si q̄s
habuerit vestes deponere iuxta
sentētiā Aristo. in scda pplema-
tū p. xxx. dicētis cū indumēto em̄
q̄uis valde moderate q̄s labora
bit cito sudat ppter caliditatez q̄
est ab indumēto et ppter hoc ma
gis colorati fiunt nudi currentes
etate eis q̄ i indumētis: q̄re quē-
admodū oēs i bñ euentabilib⁹ lo
cis habitantes magis bñ colora-
ti sunt eis q̄ in suffocatis habitāt
sic et ipse seipso qñ hō i bono spi
raculo est et tunc magis colorat⁹
est qñ suffocatus fuerit et commo
tus ab aliquo estu multo qđ ma-
gis figit idumēto currēti. hec ipe.
Rōnem aūt dictoꝝ assignās Pe-
trus padubanensis noster in cō-
mēto dicit. Est aūt corp⁹ indutū
hic intelligere vestitū coopimen-
tis multis calidis tale em̄ cū exer
citationib⁹ quodā estu inflāma-
bile statim et pl⁹ supfluitatū eli-
quatiōe mouebunt q̄ possint dis
solui et expelli: ita q̄ int⁹ remanē
tes mote declinabūt in articulo-
rū vacuitates: et motū difficilem
reddēt. Sit ḡ regula dispositio
ne corporis ad exercitium vt neq̄
sit oīno nudum neq̄ vestimentis
estuātibus coopertum. ¶ Atten-
dendū est postremo q̄ si exercitā
dus aliquod membroꝝ suoꝝ ha
buerit infirmū vl' debile: non erit
oīno mouendum aut paruz exer
citādum sicut inquit princeps in
loco superi⁹ allegato cū ait. Exer
citio vtēs sibi cauere dz ne exerci
tij calefactio ad quod ex mēbris
suis est debile perueniat nisi scdm
modū ɔsequēdi: & exēplū posuit
de varicosis q̄ supiora mag̃ q̄ in
feriora dbnt exercere. Quod et de
alijs pariter ē itelligēdū: q̄re &c.

¶ Capitulū. xxviij. declarat q̄
nec hora repletiōis neq̄ hora
omnimode inanitiōis sit exer-
citandum.

Una de reb⁹ maxie aū
exercitiū ɔsiderādis ē
hora: de q̄ duo faciēda
sunt capitula. Primuz
quoꝝ ostēdet qua hora
nō sit exercitādū: scd'z vo declara
bit q̄ hora securissime sit laborā
dū. Dicam⁹ ḡ de primo q̄ q̄ horā
sui laboris incōuenietez elegit lō
ge mag̃ peccauit q̄ si oīno q̄et⁹
pmāsisset quemadmodū plerīq̄
post crapulā dubitātes se tantā
cibi et pot⁹ nō posse dirigere q̄ti
tatē ɔfesti forti se exposuerūt exer
citio ex q̄ infirmati sunt: et nōnul
li eoꝝ interiere: eo q̄ repleti labo
rauerūt et ppter hoc dicem⁹ prio
q̄ nullo pacto post cibū donec di
gestus fuerit se dz q̄s fortiter ex-
ercitari vt voluit Isaac in vniuer
salib⁹ dictis cap. vltimo dicens.
Si exercitia ad dirigēdū & ad sa
nitatē optia sūt: q̄ post cibū erūt
maxime sanitatem impediūt: qm̄
añcedētem cibū calefaciūt & ebul
liētē añq̄ excoquat eijciūt: q̄ cuz
ad epar crud⁹ et indigest⁹ veniat
in venis epatis hūores adunan-
tur grossi: et postea ɔcludēs ait.
Quare opz post cibum exercitia
& labores vitare: sicut & reqēs an
te cibū fugienda erit: qđ ēt sensit
Auic. in tertia primi doctrina se-
cūda. capitulo septimo di. Illico
post comestionē nō ē dormiendū
cibo natātem: & a forti motu q̄tū
pl⁹ possibile est abstinendum: ne
cibus anteq̄ digeratur penetret
aut sine digestiōe labat: aut pro
pter inundationez corrumpat: et
infra in doctrina quinta. c. scdo
dixit. Amplius equitare non dz

quis plenꝰ ne cibus corrūpatur ⁊c. Quāto igitᷣ minꝰ alio fortiori motu nō est laborandū: hoc etiā voluit Rasis i quarto Almāsoꝛ. c. scđo sic scribēs. Post comestionē a forti motu ac lōgi temporis oino est cauendū: sicut eñ motus ante comestionem factus sanitatis est ꝯseruatiuꝰ: ita post comestionē egritudinis inuenitᷣ generatiuꝰ cuius q̄dem causaȝ posuit Gal. in scđo de regimine sanitatis cū ait. si eñ anteq̄ȝ cibus digestus sit exerceatᷣ cū exercitiū cōferat redditionibꝰ ciboꝝ cū crudi ⁊ indigesti cibi in ventre vel epate cōtineantᷣ quare nōdū digesti attrahūtᷣ ad oīa mēbra ⁊ eis totū replebitᷣ corpꝰ: qđ clariꝰ in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. tertio expssit dicēs. Ad sanitatis custodiā maximū bonū erit moderata motio cū hoc tñ itelligatᷣ ꝙ nemo vllo moueatᷣ motu forti supra cibū q̄ȝ sicut ē maximū bonū ad sanitatē exercitiū añ cibū: ita ē nocuissimꝰ oīs motus supra cibū: distribuitᷣ eñ ex vētre cibꝰ añq̄ȝ digeratᷣ: ⁊ exinde multitudo crudorū hūoꝝ aggregatᷣ scđȝ venas ex quibꝰ assueuerūt egritudines oīmode fieri: vñ intelligendū est ꝙ nō sine cā dixerit Galenꝰ. Nemo vllo moueatur motu forti post cibum q̄m leui deambulatiōe post cibum pōt absq̄ȝ vllo nocumento se q̄sq̄ȝ mouere dicente. Auicen. in tertia primi doctrina scđa capitulo septimo queadmodum opȝ motū q̄ est añ comestionē debilē nō eē: ita necesse est ei ne motꝰ q̄ est post ipsam sit nisi moliter et suauiter: ⁊ in codeȝ. c. iterū dixit. Rursus indē incessus hic scilicet mollis ⁊ suauis mihi placet ⁊ pprie post prandium: quoniam bonitatem operatiōis cene preparat. Sic igitᷣ post cibum suauiter erit deambulandū et nō fortiter laborādū. Dicimus etiaȝ secūdo principaliter ꝙ in inanitiōis tempore ⁊ postq̄ȝ famis aduenit desiderium si nihil aliud impedierit nō sit exercendū: vt colligitur ex dictis. hippocra. in scđo aphorismoꝝ aphorismo. xvj. dicens vbi indigentia nō oportet laborare: ⁊ Galenus in cōmento: et in tertio Techni. ex sententia Auicen. in tertia primi dicentis. Qñ forte exertiū est necessariū est: bonū est ne sit stomachꝰ vehemēter inanitus: imo sit in eo paucū nutriēs. Et infra dixit. Amplius qui exercitatur si plenus est: melius est q̄ȝ si exercitetᷣ qñ est vacuꝰ: et ly melius exponendum est: scȝ minus malū: qđ expresse dixit etiā Galenus in loco preallegato pte illa. Melius est calefacto q̄ȝ infrigidato: ⁊ repleto magis q̄ȝ euacuato ⁊c. Ex quibꝰ pȝ ꝙ hora inanitionis est deterior: et exercitio inconuenientior q̄ȝ hora repletionis: lȝ vtraq̄ȝ sit damnanda.

¶ Capitulū. xviij. docet cognoscere horā electā: et ad exercitandum ꝯuenientem: et qñ ipsa sit per sua signa.

DIximꝰ supra que sint hore illaudabiles ad exercitādū: nūc vo dicēdū q̄ hora sit ab autoribꝰ ad illđ approbata: siue vt alij dicūt electa: ⁊ dicemꝰ ꝙ exercitādū est post prime ⁊ scđe digestiōis celebrationem q̄ hora motui ꝯuenientissima existit vnicuiq̄ȝ etati: ⁊ ꝯplexiōi: sexui: et regiōi: iuxta sententiā Conciliatoris nostri in differentia. cxviij Que q̄deȝ fuit principis Auicē. in tertia primi dicētis. Oportet vt

in hora exercitij corp⁹ sit mundū et vt cibus exterius iā sit digest⁹ in stomacho ⁊ epate:⁊ venis ⁊ vt alteri⁹ cibi hora iam aduenerit. Qd etiā voluit Auerro. in cōmē. cxliij. cāticorū dicēs. Cōueniens tēpus ad exercitādū est cū cōpleta fuerit digestio:nā cū sit ante cōplemētū digestiōis ipm qdē ē ceteris reb⁹ nocibili⁹:⁊ hoc qr tūc facit egredi ⁊ transire cibū idigestum:⁊ in summa corrūpit ipsuz. quod innuit etiam Galen. in scdo de regimine sanitatis cū inqt. Si volum⁹ custodire optime sanitatē incipimus a laboribus:deinde sequant cibi⁊ pot⁹:deinde somni ⁊c. Et infra clari⁹ hoc idē expressit dicēs. Tēp⁹ exercitij est optimū qñ hic extremus cib⁹ pfecte fuerit digest⁹ duab⁹ digestionib⁹: ⁊ q̄ in vētre:⁊ q̄ in epate:⁊ alteri⁹ instat cib⁹. Si vero añ exerceant cibi nōdū digesti attrahuntur ad oia mēbra:⁊ eis totū replebit corpus. Et in libro de dissolutiōe cōtinua sic q̄q₃ scripsit. Quādo motus sequit cibū descēdit cibus de stomacho preter digestionē suā: et intrat venas sine mutatiōe:et adducit in epate opilationē:et renib⁹:⁊ reliquis mebris morbū ⁊c. Sz dicet quis qñ hāc horam aduenisse cognoscem⁹:hoc profecto nō poteris explicare cuz tanta sit etatum cōplexionum:stomachorum:ciborumq₃ comestorū diuersitas:cui respondebimus dicē do ꝙ in rei veritate tale tempus tribus:nec quatuor:nec quinq₃:⁊ sic de alijs horis nō potest explicari vt bene p opponētē obijciebat:sz tūc sciemus certissime talē horā aduenisse quādo signa ipsum demonstrantia apparbunt obijciebatur:sz tunc que in vrina videbunt:vt Gal. voluit loco superi⁹ allegato dicēs. Cum vrina moderate citrina fuerit significat tunc secundam factam esse digestionem:et tunc exercitandum. Cum autem aquosa. s. non citrina:sz sicut aqua vł rubea:idest ignea minime. Ignea enim apparet vrina post famis aduētum et post laborem immoderatū:vt princeps voluit in secūda primi. Cum autem talis apparuerit vrina nō est exercitādum:sicut idem iussit in tertia primi doct. secūda. c. iij. cum ait. horā exercitij et complementi primarum digestionum declarat vrine secundum substantiam et colorem maturatio:et subdit. cum enim iam longe fuerit et natura aliquo tempore in nutrimento ministrare desierit et igneitas in vrina accēsa fuerit ⁊ citrinitas naturalis terminū transierit:exercitium impediens erit:quoniaz virtutem deijciet:tunc igitur non erit aliquo pacto exercitādum:sz potius cum cibo et potu virtuti succurrendum:hoc itaq₃ obseruetur:vt anteq̄ ad exercitium accedamus:vrinam nostram inspiciamus que si aquosa fuerit et alba velut aqua nōdum aduenit hora laborandi:quia digestio non est perfecta. Si autem erit ignea iaz hora pertrāsiuit. Si vero citrina non dubitemus de hora quoniaz tūc est presens:⁊ precipue si stomachus percipiat alleuiat⁹ non inflatus nec extensus:nō grauis habens rugitum eructationem eiusdē saporis cuz cibo preassumpto:neq₃ singultū aut grauitatez in capite: et huiusmodi:vt dixit princeps in. xiij. tertij. c. xvij.

¶ Capitulū. xxix. ondit quod gen⁹ exercitij vnicuiq₃ ꝯplexioni:etati:serui:⁊c. conueniēs sit ⁊ necessarium.

Cum q̄plura sint exercitij gn̄a videndū est deinceps qđ maxime faciat ad sanitatis custodiam ⁊ ad ipsius cōseruationē vt vnusquisqȝ intelligat quo gn̄e laboris sit ei exercendū atqȝ vtēdū. Dicam⁹ ergo ꝙ oīz sapientū intentio sit vt id laudabile sit exercitiū in quo singule corpis ptes equal'r se mouēt ⁊ exercēt quēadmodū dixit Gal. in li. de exercitio cū parua spera. c. iiij. cū ait exercitiū in quo ptes equaliter exercitant̄ maxime q̄dē ad sanitatem cōfert ⁊ cōmēsuritatē habit⁹ opatur: neqȝ inmēsuratā carnositatē neqȝ supexcellētē q̄litatē ferēs: sȝ ad robur idigētes act⁹ sufficiēs ⁊ oib⁹ q̄ velocitate indigēt aptissimū. qđ ⁊ i tertio Techni textu cō. xxix. replicauit di. Ex exercitio q̄dē opȝ vt eligat̄ species in q̄ moueant̄ mēbra oīa corporis scđz ꝓportionē: ⁊ nō laboret aliqđ eorū pl⁹: ⁊ aliqđ eoꝝ min⁹: ⁊ in secūdo de regimine sanitatis sic etiā ait. Oīa mēbra saniscōseruāda sunt monēda: ⁊ iterū in libero de exercitio cū parua spera sic scripsit in iij. c. Opȝ vero dicere: solū cū illđ iustissime laudabile est exercitiū qđ mouēs est oēs corpis particulas. Et infra dixit. Si ad sanitatē examines inquātū inequal'r exercitate sunt particule corpis intm̄ nec sanatiuū ē exercitiū. Necesse eīn est ita has quidē superflue laborare: alias vero in ocio manere oīno: neutrū aūt eorū est bonū: sȝ vtrūqȝ egritudinū subnutrit semina: ⁊ ꝟtutē imbecillē operat̄. Hec igit̄ est rō ꝓpter quaȝ vniuersale opȝ esse exercitiū ⁊ singulis partibus corporis cōe. Nec ex hoc dȝ q̄sp̄iā admirari: qr vnū qđqȝ mēbrū exercitiū hȝ sibi ꝓpriū vt ait Auicē. in. iij. j. c. sepius allegato nō solū eniȝ exteriora mēbra pn̄t exerceri vt vnusquisqȝ satis intelligit: sȝ etiā interiora: pectus enim ⁊ mēbra hanelitus: ⁊ os: ⁊ lingua exercent̄ voce graui ⁊ magna: et qn̄qȝ acuta: ⁊ inter eas mixta: vt Pṙiceps ait vbi supra: vbi docuit vt deminori ad vocē maiorē i vociferādo sit paulatim trāseundū dicēs. Ad legēdū preterea suauiter est incipiēdū: deinde vox ordinate ē exaltāda: postea vero cum vox fortior facta fuerit ⁊ crescit: ⁊ lōga fuerit tn̄ s ipsi⁹ ponēdū erit tēperatū qm̄ tūc magnū affert iuuamētū ꝯsil'r visus exercet̄ res inspiciēdo minutas. ⁊ qn̄qȝ ordinādo ip̄m: vt res luminosas leuiter itueat̄. Audit⁹ vero sonos auscultādo occultos: ⁊ qn̄qȝ auscultādo magnos ⁊ sic de reliquis intelligi pōt suo mō. Qua aūt exercitij specie hec oīa pfici possint sciendū ꝙ nulla accōmodatio reperit̄: quēadmodū est illa exercitij species q̄ ludēdo cū parua spera: siue pila perficit̄: in qua quidē si bn̄ cōsideret̄ mēbra oīa corpis se mouēt Et ꝓpterea Gal'. libruȝ de tali labore cōposuit: quē sepius i supioribus allegauim⁹: in quo libro inter cetera dixit. Laudo exercitiuȝ qđ ⁊ corporis sanitatē prebet: et partium conformitatem ⁊ anime virtutem quemadmodum est illud quod per paruam fit sperā: animam enim est potens ad omnia iuuare: ⁊ corporis partes cōsimiliter ⁊c. Laudauit etiaȝ. Gal'. in eo libro aliud predicto fortius exercitiuȝ pro robustiorib⁹ omnibus dicēs. Quicunqȝ canum ductiones ⁊ aliam venationē adinuenerūt delectatione: ⁊ gaudio: ⁊ curialitate: cumqȝ in ipsis laborem temperantes: valde sapiens

tes fuerũt: ⁊ naturã hũanã certis
sime docti. Hoc tñ genus exerci-
tij ꝑ delicatis ꝯuenire nõ videt ali
quo pacto. Et ꝓpterea Auicẽ. vbi
supra dixit ꝙ corpis debilis exer
citiũ oportet vt sit debile: ⁊ corpo
ris fortis vt sit forte: ⁊ iõ vnusq̃sqꝫ
homo scdm se habet exercitũ si-
bi propriũ et cõsuetũ: vt idẽ dixit
ibidẽ: quo consueto ⁊ sibi conue
niẽte se debet vnusquisqꝫ exerce-
re: sicut etiã ꝑcepit Rasis in. iiij.
Almansoris. c. ij. cũ ait. Sanitatẽ
cõseruare volẽti ante comestionẽ
moueri necesse ẽ: motu aũt quisqꝫ
vti dꝫ sibi cõsueto q̃ vires ipsiꝰ nõ
excedat. Et iõ nõ q̃litercunqꝫ oĩs
hõ se debet ĩ exercitare vt nonnul
li idiote sunt opinati. Quare. ⁊c.

¶ Capitulũ trigesimũ ostendit q̃ quãtitas ⁊ mensura: siue q̃s terminꝰ exercitij vniuscuiusqꝫ esse debeat.

Si vtile fuit in supe-
rioribus de qualita
te exercitij determi
nare non minus ne
cessariũ ĩ presentia-
rũ existimo de quã-
titate ipsius pertractandum esse
quoniã aliqui possent opinari ꝙ
quodcunqꝫ bonũ ꝑ augmentum
eius nõ solum in meliꝰ: sed etiã
in optimũ posset deuenire: qd cũ
ita se crederẽt facile pararẽt bo-
no: ⁊ intantũ a nobis laudato ex
ercitio ꝗ̃ maxime: ⁊ etiã vltra ꝓ-
prias vires forsitam exercendũ
esse q̃ nõ solũ deciperẽtur: sꝫ hoc
faciẽtes ĩ breui vitã cũ morte cõ-
mutarẽt: quãobrẽ intelligãt qd
sicut moderatũ exercitiũ ad cor-
poris facit salutẽ: sic ad ꝑniciem
adducit superfluũ ⁊ immẽsuratũ
scdꝫ qd sensit Auicẽ. in textu com
menti. cxvl. cãticorũ dicẽtis. Im-
moderatũ exercitiũ proprie dicit
labor: quiquidẽ spiritũ euacuat
⁊ educit: ⁊ emacerat pigues ⁊ car
nosos violentia dolorũ: ⁊ facit cor
pus senescere añ etatem senectu
tis: ⁊ in parte secũda eorũdẽ ait.
Nõ est exercitandũ exercitio ma-
gno ⁊ forti ⁊c. Cuius ratio a Gal.
exprimit in tertio de regimine sa
nitatis dicẽte. Nihil relinquitur
in corpore nisi siccitas ex immode
rato motu. Et ĩ quinto libro eius
dẽ sic iquit. Acuta exercitia quoꝝ
motꝰ sunt veloces attenuãt cor-
pus. Et ĩfra iterũ dixit. Multa ex
ercitia siccãt: moderata vera car-
nẽ faciũt. Qd ⁊ ĩ q̃rto de simplici
medicina replicauit dicẽs. Exerci
tium forte superflue fortitudinis
⁊ solis facit acquirere corpora ca
lida fortia et supfluã fortitudinẽ
corpora vero q̃ nõ sunt ita exerci
tium: forte: ⁊ sol faciũt acquirere
debilitatẽ: ⁊ resoluũt: ⁊ postremo
infrigidãt ipsa. In libro quoqꝫ de
exercitio cũ parua spa. ca. ij. sic in
quit. Fortassis existimabit me q̃s-
piã laudare: ⁊ alia q̃cũqꝫ attẽuãt
corpꝰ exercitia: hoc aũt nõ est ita:
immensuritatẽ enim ego vbiqꝫ vi
tupero: ⁊ oẽm artẽ exercere amo.
Oportere qd cõmensuratũ ẽ ⁊ si
q̃d mẽsura caret id nõ esse bonũ
dicimꝰ. Et cõcludẽs dicit. Igitur
neqꝫ cursuꝫ laudo attenuãtẽ ha-
bitũ: neqꝫ oĩno ab exercitio absti-
nere iubeo: quã sentẽtiã secutus
Haliabas ĩ quinto Theorice. c. j.
sic inquit. Exercitio si q̃ tẽperato
rũ corpoꝝ tẽperato vtãtur modo
ante balneũ: ⁊ ante ciborũ ho-
rã: calor cõfortat naturalis: sup-
flua a corpibꝰ dissoluunt: mẽbra
roborant: digẽstio ꝓcurat: sitqꝫ in
naturaliũ numero q̃ corporis fa-
ciũt sanitatẽ. Si autẽ quiuis eo
immoderatius vtatur: laboretqꝫ

plurimum calefit corp⁹ eius: febres emergũt. Et si immoderate ei⁹ vsui diuti⁹ operã dederit: calor dissoluitur: naturalis virtus debilitat᷑ et deficit: ⁊ ꝓpterea relictis extremis mediũ in omnib⁹ est eligendũ: cũ aũt metiri hoc mediuꝫ sit difficile diuersorũ anni tẽporũ complexionũ: etatuꝫ: artũ: et cõsuetudinũ diuersitate ꝓpterea ꝑ regula vniuersali ab vnoquoqꝫ tenendũ est ꝙ tũc ad debiti ⁊ cõueniẽtis exercitij terminũ deuentũ est: cũ incipit ad motionẽ cõsequi corporis defatigatio scđz sententiã oĩz antiquorũ. dixit enĩ Rasis in quarto Almansoris. c. secũdo. Motu tã diu nemo presumat donec fatigationeꝫ ⁊ multã sentiat grauedinẽ. Sed cũ vtit᷑ motu ex quo laxari senserit dimisso motu statim anteq̃ aliquã inde cõsequat᷑ lesionẽ quiescat: qđ etiam voluit hippocrates i scđo aphorismorũ aphorismo. xlviij. dicẽs. In omni motiõe corporis cũ ceperit q̃s dolere: quiescere statiꝫ remediũ est ⁊ Galen⁹ in tertio Techni parte illa in gimmasijs qñ primũ incipit dolere corp⁹ ⁊c. Et in libro de exercitio cũ parua spa cũ ait. Quãtũ scđm vnamquãqꝫ vtilitatẽ intẽdit ⁊ remitti debeat exercitium scribere quidẽ nõ ẽ possibile: quãtitas enĩ i vnoquoqꝫ indicibilis ẽ in ipsis vero operib⁹ inuenire et ostẽdere possibile est i quo ⁊ maxime dominat᷑ ⁊c. Auicẽ. aũt i tertia primi. ca. sepius alegato clari⁹ de hac materia locut⁹ ẽ dicẽs. In quãtitate exercitij tres res sunt cõsiderãde. Una ẽ calor qm̃ dũ in ipo bonitas auget᷑ adhuc ẽ hora s. exercẽdi. Secũda est mot⁹ qm̃ dũ leues perseuerãt adhuc ẽ hora. Et tertia ẽ mẽbroꝝ dispositio scđm ipsorum inflammationem: qm̃ dũ ipsorũ augetur inflammatio adhuc est hora. Cuꝫ autẽ iste dispositiones ceperint ⁊ sudor vaporalis ⁊ resudatio liquida facta fuerit dimittendũ erit exercitiuꝫ: ⁊ finiendũ. Que oĩa in sanis ⁊ bñ cõplexionatis corporib⁹ sunt intelligẽda cũ i sua naturali dispositione cõseruari voluerint qm̃ nõ bene cõplexiõata corpora vt flegmatica quãdoqꝫ dictũ terminũ debent preterire precipue qñ perduci ad meliorem dispositioneꝫ desiderarent: quare ⁊c.

¶ Capituluꝫ. xxxi. ostẽdit que ab exercitatis sint obseruanda post exercitium conueniens in qualitate et q̃titate.

Quid faciendum sit: quidqꝫ obseruãdũ post exercitiuꝫ a laborãtibus nolum⁹ sicco calamo p̃terire: cũ ad p̃sentis ꝓpositi faciat complementum et longe magis ad sanitatis cõseruationẽ vt ferme cunctorum hominũ error intelligat᷑ qui postq̃ laborauerint illico ad corp⁹ reficiẽdũ prolabunt᷑. Qđ tamẽ est cõtra philosophoꝝ ac medicoꝝ oĩz sententiã cũ dicat Aristo. in p̃ma ꝓblematũ ꝓblematibus. xxviij. ⁊ xxx. Qđ exercitatis nõ debem⁹ cõfestim cibuꝫ offerre: ⁊ causam subiunxit dicẽs. qr adhuc nõ requeuit laborãs: neqꝫ segregate sunt superfluitates: in quoꝝ quidẽ ꝓblematuꝫ vltimo cõmẽto petrus padubanẽsis noster sic ait. Scias ꝙ ille qui exercitat᷑ dummodo fuerit forte exercitiũ seu labor nõ debet statim comedere aut bibere etiã: imo oportet prius corpus quietari: qr tũc superfluitatibus adhuc purgatur: tũ qr ꝓpter calorẽ ei⁹

dissemiatū p totū nō posset cibos digerere assumptos: cū i digestio ne oporteat calidū circa vētrē adu nari: vñ ipsi scz cibi in supfluita tes ꝛ nō in nutrimēta corporis cō uertūtur: ꝛ ideo regula est in regi mine sanitatis ꝙ in nimio exerci tio positis añ cibū parū quiesce re oportet: que sunt verba Damas sceni i suis aphorismis ad literā. ꝛ postea in calce cōmēti sic subiū xit. Laborās ꝛ ꝗ exercitaꝛ vniuer saliter nō sedatus est a motu ad huc. lz enim videaꝛ quiescere exte ri⁹ mēbra tñ adhuc mouenꝛ: ꝛ ti tillāt ꝑpter virtutē mot⁹ impres sam sibi ab anima: neqꝫ etiā sup fluitates segregate p motū sunt expulse oino. hec ipe. Quiescēdū igiꝛ erit post exercitium aliquan tisper vt calor naturalis paulatī ad itrinseca retrocedat: postea ve ro cōedendū erit atqꝫ bibendū se cure: dummodo cibi boni post mo tū assumanꝛ dicēte Gal. in tertio de regimie sanitatis. ꝙ oēs labo riosi euchimo indigēt cibo. Et in tertio de alimētis. c. xxix. Omniū aūt dictorū pisciū alimentū opti mū nō exercitātibus: et senibus: ꝛ debilibus: ꝛ cōualescētib⁹: quo niā qui exercitantur magis nutri tiuis cibis indigēt. a quo sumpsis se videtur Princeps cum in tertia ꝑmi doctrina. ij. c. vij. dixit. Pisces ꝛ que eis assimilātur post laborio sum exercitiū cōedendi nō sunt: corrumpenꝛ eñ ꝛ corrūpent hu mores. Et post multa in eodē ca. expressit. Quid celauerat in eo ꝟ bo: ꝛ que eis assimilanꝛ. loquens de fructibus sic ait. Si exercitati alijs reganꝛ rebus ꝛ non istis. s. fructib⁹ recētibus eis meli⁹ erit: qm̄ oīs res que sanguinē implet aquositate q̄ in corpore ebulit si cut [illegible] fructus: licet ea hora iuuamentū prestet tñ ipm. s. cor pus ad putrefactionē parat: qꝺ autē de his explicauit: ꝛ de alijs cachochimis cibis dedit itellige re: qui aūt sint huiusmodi: et qui euchimi siue boni: et quō vtendi sint sequētib⁹ dicem⁹ si oipotēti placuerit: verūtamē qꝛ actus coi tus vna species exercitij videꝛ eē cum in eo notabiliter corpus la borat: ꝛ in eo consimilia hic que de exercitio diximus sunt obser uāda ꝛ fere quātū ad oia cū exer citio videtur cōuenire: iō de ipso cōsequēter quedam nō inutilia subiungemus: non ignorātes tñ ꝙ secundū haliabatē ꝛ Johanni tium coitus ipe sub euacuatione cōtineatur: secundū vero hali. et Gal. in Techni sub accidentibus anime. Nob. ꝫ tamē placuit in ꝑ̄sentiarum ipsum sub motu collo care ante dicta iam ratione.

¶ Capitulum. xxxij. ostēdit ꝗd sit coit⁹: ꝛ de qua specie ei⁹ sit determinādū. ꝑ extremo declarat appetitus mulieris ad ve neream insatiabilitatem.

Mordebūt me male uoli satꝫ scio qꝺ de re obscēa ad virū castissimū ꝛ cōtinē tissimū scripseriꝫ. Qui bene cōside rant qꝺ in verbis turpitudo nō existit: ꝛ ꝙ res ista ad opis hui⁹ faciat itegritatē ꝛ ad sanitatis amicoꝝ faciat ꝯseruatio nē itelligēt id poti⁹ scribēdū esse ꝙ̄ silētio ꝑ̄tereundū. Sꝫ ipsis di missis ad ꝑpositū meū deuenio ꝛ dico cū Cōciliatore in differētia. cxxiiij. ꝙ coitus est maris et femi ne in membris generationis ap plicatio: qua superfluum expelli tur quātū ad finem speciei vel in diuidui ordiati. Cui⁹ duplex exi

stit finis. Venus quidē principalior. s. i specici generatiōnē: vnde i. v. Theorice. c. xxxvj. haliabas inqt. Natura coitū in animali cōstituit generandi cā: vt inde species pmaneret animaliū. Et iō dixit Isaac i. vj. viatici. Deus in animalib9 in coitu admirabilē ac inseparabilē (al's insupabilē) delectationē exhibuit: ne forte coit9 abominatiōe destrueret gñatio. Per vim nāqз generatiuā spēs diuino & imortali esse pticipāt inquātū possunt. vt i de aia & de generatione animaliū secūdis dixit Aristo. vnde Auerrois cōmētator sic ait. Solicitudo diuina cū nō potuerit facere scdm indiuiduū aial pmanere: inserta est dādo ei virtutē qua posset pmanere i specie hec ipse i. ij. de aia cōmēto. xxxiiij. Alius quoqз coit9 finis ē secūdari9 & hic qdē est duplex. Vn9 qdē vt necessari9 & approbādus & ad regimē sanitatis ordinat9: de quo pñs propositū determinabit. Alter vero inutilis magis & illicit9 vt ppter delectationē & paruā cōsuetudinē pact9: quē vt finē optimum pponunt alijs necessarijs plurimi. vñ haliabas in. v. theorice. c. superi9 alleg. ait. Maioris ptis hoim in appetēdo coitū delectatiōis cā pponit: paucoꝝ ꝟo finis et ppositū est liberorū pductio: de quo etiā coitu in pñti sermone nō intēdo ꝟba facere: pariter nec de illo q a natura & a legibus fuit phibit9. de quo Auic. in xx. iij. c. v. sic inquit. Coit9 qdē cū infantib9 est fed9 apud multitudinē gētiū: & phibit9 in lege. Sз volo de eo coitu dicere q catholicis est ꝯcessus: & iter maritū & vxorē necessarius: i quo nō solū q ad aiam: sз quo ad corp9 grauissima & qplurima ꝯmittunt peccata supfluitatis & inordinationis rōne. Nesciūt enim pleriqз quātum delinquāt: qd eqdē intelligēt si hūc meum librū qñqз plegerint: & de sui magis curabūt salute: quā de sua ēt formosissime mulieris delectatione. Que forsitan erit vt & alie mulieres naturaliter isatiabiles. sicut i. xxxix. pverbioꝝ Salomonis. c. colligit cū tria isatiabilia expōeret. q fuit sentētia Aristo. i. iiij. pblematū: pblemate. xxvj. in cui9 cōmēto Petr9 padubanēsis noster sic inquit. Mulieres sunt insatiabiles: & maxime iuuēcule quaꝝ meat9 adhuc sunt angusti eo q modica est humiditas que cogit expelli mota & liquata per fricationē: q quia modica est: cito infrigidatur nō potēs expelli ppter qd iterū appetūt fricari vt expellatur. Nō est igitur tutū velle cum eis contendere: nedū velle: vt nōnulli faciunt eas superare: qз insatiabiles & masculis luxuriosiores existūt. iuxta illud Nasonis de arte dicentis. Mollibus in ptis admugit femina tauro Femina cornipedi semp adhinit equo Fortior in nobis nec tā furiosa libido est: Legitimū finē flamma virilis habet. Et fuit snia Auicē. in. xxj. tertij. cap. ij. dicentis. Multiplicatur delectatio mulierum in coitu super delectationē viroꝝ propterea q ipse delectantur ex motu spermatis viri in ore matricis earum descendendo: & propter motū qui accidit matrici: & propter fricationē. Idem quoqз dixit in nono libro de aialibus vbi inquit q duplatur delectatio feminarū &c. Idē haliabas in. v. Theorice. Padubanēsi tñ nostro placuit in. xv. cōmē. iiij. pble. q mulieꝝ delectatio maior sit extēsiue: intēsiue

ro ea q̃ masculorũ maior. quicq̃d
tñ sit: certũ est q plurimũ delectã
tur ⁊ itãtũ q viri sapiẽtes nõ de-
bet velle earum insatiabilẽ appe
titũ adimplere: ne superflue co-
eũtes ĩ nocumẽta: ⁊ egritudines
infra dicendas incidant: ⁊ preci-
pue si ad hoc apti minime exi-
stunt: vt in processu scribemus.

¶ Capitulũ. xxxiij. ostendit iu-
uamẽta ⁊ vtilitates coitus mo
derati: ⁊ declarat nocumenta
que accidũt ex dimissione eius
cum assuetus fuerit.

IN hoc capitulo vi-
ri castissimi religiosi
ac continẽtissimi nõ
ingrediunt: tũ quia
inassueti: tũ q2 so-
brij: ieiunãtes ⁊ p-
monentia ad venerẽ fugiẽtes: et
vinũ precipue potens in quo (vt
Apostolꝰ inqt) est luxuria. Sz id
qd scribimꝰ ad eos dirigit oppo-
sitũ eiꝰ qd dictũ est faciunt: ⁊ ad
hos pcipue q̃ venerẽ exercere cõ-
sueuerunt. Qui si eã dimittant ⁊
ociosam ac lautã mẽsam nõ reli-
querint: itelligãt eis aduenire qd
scripsit Gal. in. v. Theorice. c. xxx-
vj. vbi ait. Si huiꝰ supfluitas. s.
spmatica: suis aucta in vasis coi-
tu nõ purgat: nec poterit eã ex-
pellere natura in inguinibus fit ⁊
alijs silis extẽsio: oĩsq̃ ĩ corpe gra
uitas sepeq̃ suis spma calefit in
vasis fitq̃ febris qm mẽbra hec
q̃dẽ post illa calefiũt donec cordi
calor ille cõtinuet: nõnũq̃ aũt eiꝰ
ascẽdũt ad cerebrũ vapores: vbi
⁊ pessimos generãt morbos. ⁊ in
fra magis addidit q dimissio coi
tus hebetudinẽ sensuũ ⁊ itellectꝰ
parit. ⁊ capiti accidit grauitas ⁊
visui tenebre: ⁊ frãgit corpꝰ: ⁊ ap
petitꝰ iminuit ciborũ: ⁊ nõnũq̃ cõ
plexio declinat a statu suo. Ali-
quoties etiã patit maniã ex va-
poribꝰ spmatis ad cerebrũ ascẽ-
dẽtibꝰ sepe quoq̃ fit corpori frigꝰ
⁊ nõnũq̃ tremor pcordiorꝫ pecto
ris attractio: sepe etiã scotomia
⁊ vtigo ⁊c. Cuiꝰ silr dixit hali ro-
doã in. iij. tehni. cõmẽto. xxxj. cuiꝰ
hec ẽ series. Si supfluitas aggre
gata in corpore ex spmate: ⁊ non
egredit p coitũ coarctat in cor-
pore: ⁊ generant ex ea egritudi-
nes male. qd est q2 ex coarctatio
ne seminis generant ex eo vapo
res mali q̃ ascẽdũt ad cor ⁊ cere-
brũ ⁊ stõachũ corrũpũt sanitatẽ
illorũ mẽbrorꝫ ⁊ generãt egritu-
dinem. Et fortassis ex eo est aliq̃d
silr veneno viperino: sicut accidit
ei q̃ cõsueuit coitũ ⁊ dimitit eũ lõ
go tẽpore ex debilitate appetitꝰ
cibi ⁊ pigritia a motibꝰ ⁊ a gña-
tione humoris melãcholici ⁊ for
tasse corrũpit ⁊ exsiccat ex eo qd
est silr virtuti veneni: sicut illud
qd accidit viduis ex suffocatione
matricis: ⁊ multis virorũ qui mo
riunt ex eo subito. hec ipse hali.
ad literã a quibꝰ videt princeps
accepisse in prima tertij. tractatu
quinto. cap. viij. cum dicit. Quã-
doq̃ accidit homini vt in vasis
suis seminalibus aggreget sper
ma plurimũ ⁊ corrũpatur ⁊ infri
gidetur ⁊ conuertatur ad quali-
tatẽ venenosam ⁊ accidit ei sicut
epilepsia. Et in vigesimo tertij
cap. x. sic ait. plurimorũ quorum
complexio requirit coitum: cum
ipsum dimittunt infrigidat cor-
pus ⁊ cadit appetitus cibi: ita vt
ipsum etiã non recipiat: ⁊ postea
subdit. Et quandoq̃ accidit viro
ex dimissiõe coitus ⁊ abundãtia
spermatis ⁊ frigore eius ⁊ cõuer
sione ipsius ad vẽtositatẽ: ⁊ forsi
tã vult dicere ad venenositatẽ vt
mittat spma ad cor ⁊ cerebrũ va-

porē malū vētosuz: vel magis ere do venneosuz: sicut accidit mulieribus ex coartatiōe matricis. Et iterū in.xxi.tertij.ca.ij.sic ait. Retētio spermatis est mala valde. Et in cāticis ēt dixit. Coitus cōmēdaē iuuenibus: quatenus p eū a nocumētis pniciosis liberenē: in cuius cōmēto scz.cliij.dixit Auerrois. Si coitus vsi nō fuerint attingēt ei morbi magni & illaudabiles. quod etiā sensit Haliabas loco superius allegato cū ait. His itaq3 de causis si vtaē cū opus sit hō coitu & cū i suis huiusmodi supfluitas augeē vasis sentitq3 in corpore grauitatez & titillationē: statim vt celebrauerit alleuiatū sentiet corpus i pigritiā: vtutēq3 & eius augeē appetitus. Deinde subiūxit. Si ergo coitu vt opz q̄s vtaē: cogitatiōes cedūt ira mitigaē: melācholie pdest passioni: prodest etiam phlegmaticis morbis: somniorumq3 medetur mltitudini & appetituz cōfortat. Et ppterea dixit Almāsor in libro quarto ca.vi. Viri pterea ac mulieres cū appetūt coire debēt qđ q̄dē faciāt nature nō repugnātes. Cuius cāz & rōnē inde subiunxit in ca.xvij.eiusdē libri cuz ait. Coitus corpus repletum alleuiat & aiaz hilarē & letā efficit eiusq3 auget leuitatē. Irā q̄q3 sedat: ac cogitationē remouet. Et ifra. Coitus pterea caput alleuiat atq3 se nsus. Que q̄dē fuit snia Aristo.in.xxx. pplematū pble. prio dicēs. Post venerea plurimi magis leti fiūt q̄ cūq3 supfluitatē multam emittūt cuz spermate: alleuiantur enim a superabūdantia superflu itatis: & hec ē cā letitie. a q̄ sūpsit Auer. cū scripsit i.vi.colliget. Coitus moderato vsu conueniēs ex stit. Qđ nō ɔcedimus nisi qr sperma ē vna supfluitas pparata a natura vt expellaē sicut & alie supfluitates excepto q̄ i se bona ē &c. Hec q̄q3 fuit sapiētis Gal.sentētia i sexto de regimine sanitatis. Cōmune venereorū actuū ɔmoderatio: nā in culpabilibus ɔstructiōibus corporis neq3 oportet oīno a venereis abstinere. Et in.vi.iteriorū.c.iiij. Virtus spmatis fortis est: in mulieribus aūt frigidis & humidis: ideoq3 necesse est a mulieribus emitti multā spermatis q̄titatē hn̄tibus. Qđ ēt viris necessariū ē & sanguineis maxime q̄ nisi nubāt caput eorū aggrauaē: febricitant: appetitus & digestio debilitantur. Cognoui ego quosdā: qui cū abstinerēt se ppter venerabilitatē ifrigidati sunt. Alij vo ceciderūt in tristitiā absq3 vlla cā. & in falsas cogitatiōes sicut melācolici: & appetitus & digestio infirmata sunt. Vidi q̄q3 alios ppter angustiā vxoris sue abstinuisse: q̄ fuerāt assueti sepe coire: vn̄ appetitus eorū defecit: & paululū comedebāt & nō digerebaē s3 multuz vomitu eijciebaē. Qđ ɔsiderās certificauit ɔtinētiā coeūdi magisq3 mēstrua nocere. maxime corporibus in quibus mali humores sunt: & assuetis requie. Et postea subdit Diogenes in hmōi abstinētia fortissimus fuit coitu tn̄ semp vsus est: cum sciret nocumētū a spermate sibi nō fore modicū si abstinētia pateretur ferē em̄ puero iussisse meretricem accersiri: q̄ cū moraret mēbrū fricās polluit se. Cūq3 meretrix venisset. ait qđ volui manus mea fecit. Unde mōstraē q̄ venerabiles nō faciūt hoc cā delectatiōis: sed vt supfluitatē emittāt. hec ipse Galenus. Fidelibus tn̄ innuptis nō l3 hmōi ppetrare. & ppterea dicebat Apostolus prio ad corinthios.vij. Qui nō se ɔtinēt nubāt. & prio ad

Timotheū.v. Uolo aūt iuniores nubere ꝛ filios procreare ꝛc. Qui aūt nubere nolūt aut non pñt: vt q꞉ sacerdotes sint ꝛ a venere abstinere voluerint sine lesione debent ab inducētibus eā ꝛ ꝓmouētibus infra dicēdis se ꝑcauere. vt in duobus vltimis de hac materia capitulis ostendemus.

¶ Capitulum.xxxiij. declarat que nocumenta prouenīant ex superfluo coitu ꝛ frequentato: in membra ꝛ totum corpus.

Nocumēta supflui coitus sunt longe plā q̄ꝫ vtilitates ꝛ iuuamēta moderati. Unde licet superius moderatus coitus sit approbat⁹ ad salutem corporis robusti ꝛ iuuenis cōseruandā: sic in presentiarū supflu⁹ ꝛ frequentatus coit⁹ detestat: cū nō solū aliquib⁹ partib⁹: sꝫ etiaꝫ toti corpori nocumēta ei⁹ sint cōmunia. Nocet eñ oculis p̄mo: vt voluit auicē.in.iij.tertij.c.v.cum dixit. Multiplicatio coit⁹ est nocibilior res oculo ꝛ similiter multiplicatio ebrietatis ꝛc. Qd̄ etiā sentit Rasisin.iiij.almāsor.c.xvij.dicens.q̄ coitu sepe vtit̄ oculorū hꝫ cōcauitatē. Et infra. Coit⁹ mult⁹ ꝛ frequens oculos fortiter ledit. Que etiam fuit Aristote.. sententia in quarto ꝑblematū ꝑblemate.ij.dicentis. Plurimo coitu vtentes manifestissime in oculis ꝛ anchis patiunt̄. ¶ Nocet quoq꞉ neruis coit⁹ plurimus: vt dicit princeps i scd̄o tertij.c.j.ꝛ Ra.vbi supra. atq꞉ neruosis mēbꝛ oīb⁹ ꝛ ꝑcipue stomacho dicēte Aui.i.xiij. tertij.c. vltio ōmi tractat⁹. Coit⁹ ē ex reb⁹ mag꞉ nociuis stomacho ꝛ dimissio ei⁹ est ex reb⁹ maxime cōferentib⁹ ei. Et in decimo eiusdē capituli.v.iquit Dimissio coitus est cōuenientior res ei qui hꝫ stomachū debilē. ꝛ deuitet ipsuꝫ de mulierib⁹ q̄ abortū patiūtur. Que fuit sñia Aristo.in.iiij.ꝑble. ꝑblema.xvij.di. Coit⁹ infrigidat ventrē ꝛ exsiccat. ¶ Nocet ꝑterea etiā coit⁹ faciens accelerare senectutē. vt inq̄t hali.in.iij. Techni.cōmēto.xxxvij.dicēs. Et nō fact⁹ est error multis in coitu nociuus nisi q꞉ ꝑpter multitudineꝫ eius accidat in corpore senect⁹ festina ante horā suā ꝑcipue ille cuius cōplexio testiculorū est frigida ꝛ sicca. Qd̄ ēt ꝯfirmat Auer.in cātico.cōmēto.clvj.dicēs. Nō solū hoc dicimus q꞉ multus coitus debilitat corpus quinimo q꞉d diminuat ꝛ abbꝛeuiet valde vitā: faciatq꞉ eā valde breuiter ꝛ celeriter terminari. Aristoteles eñ asserit q꞉ animalia multi coitus sunt breuioris vite ꝑbās hoc ꝛ cōfirmās ex passeribus que nō viuunt nisi per annū solū inducēs super hoc probationē: qm̄ non apparet nigredo super guttur illoꝝ q̄ videt in autūno q̄ quidē nigredo significat sup senesex eis. Arist.quoq꞉ iiij.problematū.problemate.xxj. inquit. Cocūtes exoluuntur ꝛ infirmiores fiuntvt freq̄ncter. Et ꝑpterea multus coit⁹ debilitat corpus: facitq꞉ ipꝫ hereditare varias species nocumentorū ꝛ dolorum: vt inquit princeps in cāticis textu cōmēti.clvj.ꝛ in.xxiij.tractatu primo.c.quinto sic ait. Coit⁹ euacuat de substantia cibi postremi: quare debilitatē affert cuius simile alie nō afferunt euacuatiōes: ꝛ euacuat de substātia spiritus rem plurimā propter delectatiōnē. Et propter illud qui plus delectant plus sunt cadentes in debilitatē: ꝛ coitus quidē velociter facit peruenire illū qui plurimum eo vti-

tur ad infrigidationez sui corporis causa sui: et ad resolutionem caliditatis inate et ad mortificationē virtutis et preparat ipsum in primis ad caliditatē fumosaz adeo donec multiplicent̄ sup ipm pili. deinde succedunt ei infrigidatio cōpleta et debilitas sensuū: visus: auditus etc. et ad mltas pducit egritudines vt ibidē ibi dixit: que quidē fuit sententia Almāsoris loco allegato dicēs. Est etiā valde obseruādum ne quis coitu sepe vtat̄: et pcipue q ex eo velociter debilitatē incurrit ac appetitiue cōsequit̄ destructionē: et post aliq subiūxit. Quo etiā si qs vsus fuerit ethicā incurret: coitus etiā multus et frequens neruis magnū īfert nocumentū: oculosq fortiter ledit et corporis vires destruit: corpusq corrūpit ac debilitat: ad seniū quoq cito adducit. hec ipe. Nō solū aūt cito senescere facit: sz etiā mori q facile supflue ipo vtētes dicēte Gale. in scdo de spmate. c. penultimo hec vba. Nō solū a serosa humiditate priuari oēs animales particulas accidet ex supfluo coitu: sed et de vitali spū. Etem̄ et de hoc ex arterijs euacuat̄ cū spermatica humiditate. Quocirca nullum mirabile ē ībecilliores effici coeūtes multū priuato vniuerso corpe ab alterutro purissimo aduenientē aūt et delectatiōe: q est in ipso q per se sufficit exoluere vitale robur: nam quidā supflue delectati mortui sunt. hec ipe. Sz vt cū Cōciliatore nostro in differētia. cxxiiij. oiavnico cōprehēdā vbo. dico q oēm corpi dispositionez acqrit prauā coitus supfluitas et frequentia: et ad summū totā aīam dissipat et corpus corrūpit. Cuius quidez rō est: q2 coitus est emissio pure et naturalis caliditatis: vt in quito dicitur de aīalibus. Et ideo pter paruū errorē euacuationis ipsius fit magnū nocumentū: vt Auerrois inquit in. vj. colliget. Et fuit snia Haliabatis in. v. Theorice. c. xxxvj. dicētis. Nō est em̄ sperma quēadmodū alie supfluitates: qbus oino natura nō indiget qlia sunt emūctiōes: sputa: sudor: vrina: et similia sed ex meliori fit q in corpe est substātia ac laudabiliori. Et post pauca subiūxit. Generat̄ etem̄ sperma ex claro puroq sanguine quo principalia et prialia pascant̄ mēbra: postea concludit dicens. Cū igit̄ coitus mensurā excesserit: lz nō tāta eo quātitatis: vt phlebotomia vel alr euacuet̄: vehemētior tū accidit inde virtutis dissolutio. Et pter hoc qn̄ de hoie sperma exiuit multū discoloratur et debilitat̄ suū corpus magis q si quadragesies exierit de eius corpore sanguis tātus: quia sperma est res habilitata vt trāseat in mēbra: sicut in. iij. lib. dicit̄ de animalium generatione. Et iō qui vxores habēt perpulchras cautū delinquūt intelligant. Et in senectute si ad eā peruenerit: podagras expectent: qm coitus nocet neruis: et est magis adiuuans ad hoc vt fiat podagra: sicut Rasis inquit in libro diuisionum. c. cxx. et fuit sententia Galeni in. vj. aphorismorum. cōmento. xxx. dicentis. Coitus est fortis causa in generāda podagra. Simus itaq hac in re tēperati: ne podagras et alias supradictas incurramus infirmitates: aut mortem ipsam sicut aliq quos nouimus interiere.

¶ Capitulū trigesimū quintū ostendit quibus naturis seu cōplexionibus coitus maxime noceat: et in quo anni tempore.

Vt error ſupflui coitꝰ omittat: ⁊ pſertim ab his qbꝰ maxie nociuꝰ exiſtit: mihi videt tā̄ꝙ vtile ⁊ neceſſariū ſcribēdū eſſe: q̄ ſunt hmōi quibꝰ plꝰ aliis plurimi coitꝰ frequētia ſit interdicta. Et dicemꝰ prio ꝙ vt ſentiūt ſapiētes: hi maxie ſunt q̄ ſicce ⁊ frigide cōplexiōis exiſtūt: ⁊ q̄ melācholice macilēti ⁊ dbiles naturalr ſunt fabricati: modicū ſanguinis et carnis hn̄tes. Et ꝙ ita ſit ptꝫ p haliabatē in. v. Theorice dicētē. Cū vero eſt corporis frigida ⁊ ſicca cōplexio: ⁊ hois eiuſdē ꝯplexiōis teſtes corpꝰ exile color viridis albꝰ aut croceꝰ eiuſqꝫ i corpe ſperma per paucū: ſi hmōi coitū exerceat refrigerat corpus naturalis debilitat calor: ⁊ rarefactū eneruat: nerui imbecilles fiunt: ſupuenit illi tremor aie mar cor cardiaca: appetitꝰ cibor defectio ſicci fiūt illi morbi: artetica: pectoris paſſiones ac pulmonis. In cuiꝰ vſu ſi fuerit frequēs corpus cōſumit et deficit: ſpaſmꝰ accidit. Et cōcludit deinde. Quare ab hmōi dn̄io cōplexionis cauendus eſt coitus. Sed iā dictis non minꝰ mala in quā breuibꝰ adduxit hali rodoā in. iij. Techni cōmento. xxxvij. cū ait. Ex multitudine coitus accidit ſenectꝰ in corpore feſtina ante horā ſuā: precipue illi cuius cōplexio teſticulor eſt frigida ⁊ ſicca. Quod etiā ſenſit Auicen. in canticis textu commenti. xix. dicēs. Coitus nequaqꝫ cōcedat macris: ſenibus: aut debilibus. Et Auerrois in. vj. colliget. c. de regimine corpor calidorum in fine ſic inquit. Et coitꝰ nocet plus ceteris oibus cōplexiōibus: ſupple ꝙ calidis: maxime aūt frigidis ⁊ ſiccis. Et inter cōplexiōes calida ⁊ hūida ſupfluū poteſt leuiꝰ tolerare: ⁊ q̄ peiores ſunt frigide ⁊ ſicce: humidi do. ſ. phlegmatici medio mō ſe hn̄t circa illō: q̄ fuit ſn̄ia Raſis in. iij. Almanſoris. c. xvij. dicētis. A coitu ēt corpa habētes ſicca (vt ab inimico iterficiēte) ſibi cauere debēt quo ēt ſi qs. ſ. macer multū vſus fuerit: ethicā incurret cōualeſcentes quoqꝫ ac debiles atqꝫ macri ⁊ quor nerui ſunt debiles: coitum oīno vitare dn̄t. Et nos addimus de autor intētiōe in pſcripto. c. ꝙ debilē hn̄tes ſtomachū aut viſuꝫ aut auditū: aut aliquē alior ſenſuū: ad coitū frequētē nō accedāt. Et ſilr q̄ debilitatē appetitꝰ patiunt: aut calculos ⁊ hmōi: qm̄ inde manifeſtiſſimū percipiēt nocumētū: rōne etiā etatis cōſiderata grādiores cōtineantur a coitu ſupfluo inqꝫtū poſſunt. Seniores vero caueāt coitū oīno. Silr ⁊ inſueti ⁊ pcipue in autūno fugiēdꝰ eſt coitꝰ qm̄ eſt tp̄s nature acvite cōtrariū cū calor in eo naturalis debilitet: ⁊ ſiccitas fiat fortior: dixit Auicē. in. ij. j. ſumma de pulſibus. c. ix. ⁊. j. iiij. tractatu. ij. c. viij. et fuit ſentētia Gal. in. iij. aphoriſmor. cōmento. xxiij. dicētis. Stomachꝰ ⁊ inteſtina maxime patiuntur in autumno: cū frigidū et ſiccum tēpus ſit: in quo maxima eſt grauitas ⁊ intēperies: vt idē inqt in libro de ſpermate: ⁊ ppterea ē tp̄s mortiferū: teſte Ariſto. in prima pblematum: problemate. xxvij. In eo itaqꝫ maxime coitus eſt fugiendus: ⁊ preſertim a macilētis ⁊ debilibꝰ vt dictū eſt: qꝛ facile egrotarent. Similiter licet non tātum in eſtate audacius autem in hieme ⁊ vere: ſemp tamen hoc obſeruādo: vt potius raritati ꝙ frequētie ⁊ multitudini intēdat.

Capitulū. xxxvj.

¶ Capi.xxxvj.oñdit qb⁹ naturis ꝛ corpib⁹ coit⁹ tẽperat⁹ maxime conueniat: ac supfluus est frequens minus noceat.

Volo vt ex hoc.c. q̃ nõdũ vxorẽ duxit: bñ cõsulat si eã ducere possit sine sui corpis ac sanitatis detrimẽto: lȝ vnusq̃sq ferme sibi videat fortẽ robustũ ac bñ cõplexionatũ eẽ: atq bñ quotidiano coitu sufficiẽtẽ. In hoc tñ errãt plerũq q̃ post paucũ ẽt tpis spaciũ: postq vxorem duxerint ex venere frequentata discolorant: debilitant: macresiũt: infirmant atq nõ pauci (vt nr̃is visuȝ est tpibus) interire. Qδ ne reliq̃s accidat aiaduertãt queso si infra dicẽdas has habuerit cõditiones. Quaꝝ pria hec ẽ: q corpa hẽant grossa rotũda: ꝛ sanguinẽ multũ ac venas amplas: ꝛ colorẽ rubeũ multosq pillos: vt Rasis inq̃t in iiij. Almã.c.xvij. Que ẽt fuit snia Arist.in.iiij.pblematũ pblemate xxj. ꝛ Gal.in.sexto de regimine sanitatis dicẽtis. Innoxia venerea solis humidis ꝛ calidis ꝛ oib⁹ q̃ natura mlti sũt spermatis: ꝯrũssimi vero siccis cõplexiõib⁹ venerei actus: ꝛ amplius q̃to fuerit siccitas frigiditati commixta ꝛ precipue cũ crasis testiculorum fuerit hmõi: vt in precedenti patuit.c.v. talis cõplexio est semita ad mortem: vt in.ij.de cõplexiõib⁹ idem dixit. Scda cõditio respiciẽda est in qua etate sint ꝯstituti. Qm̃ vt cõsiliator inq̃t marie cõuenit iuxta adolescẽtie finẽ: cũ corpis augmẽtũ incipiat desinere ꝛ añ paꝝ ac i iuuẽtute demũ ꝛ in reliqua adolescentia. In pria tñ maxime nocet modicũ etiã supflu⁹ cũ adhuc augmẽtũ sit sufficiẽter itẽsuȝ sintq diminuti adhuc ꝛ debiles. Deinde ꝛ min⁹ cõpetit coit⁹ in senectute: scȝ prima minime ꝟo in senio. Et fuit snia Gal. in scdo de regimine sanitatis cũ dixit q post labores seq̃ dñt cibi ꝛ pot⁹: deinde sõni: postea ꝟo venerea. dñtib⁹ q̃dẽ venereis vti: ꝛ subdit. Alia nãq cũcta cõia ois sunt etatis: venerea ꝟo adolescentiũ solũ. Et ideo haliabas ẽt in.v. The. Iuuamẽta coitus oia adolescẽti ascripsit ꝛ iuueni prio: nec cuilibet tali: sȝ sanguineo rubeo forti ac sano: vt ptȝ ex serie ipi⁹.c.xxxvj. Et ppter ea delirãt senes q̃ puellas nõ sibi sȝ aliĳs poti⁹ ducũt vxores: vel filĳs coꝝ adhuc crescẽtib⁹ ac teneris feminas copulãt: cum vtraq etas illa sit a venere ꝓhibita: vt diximus: cui⁹ vsus inordiat⁹: vt padubancẽsis inq̃t: ꝑcipue nocet sexui masculino: femelle ꝟo paꝝ cũ in eo laborẽt minime. Cõsiderẽt ꝑterea nubere volẽtes si ꝑter hoc qδ carnosi ꝛ iuuenes fuerit bñ colorati: ac naturalr rubei vt sãguinei existãt qm̃ vt idẽ ait cõsiliator. ꝛ est mẽs antiquoꝝ: coit⁹ hñtib⁹ colorẽ rubeũ flauũ precipue cõuenit ꝛ per flauũ intelligo hoc in loco rubeũ obscurũ et nõ clarũ qui cholerã ꝛ sanguinẽ subtilẽ: ꝛ non verũ ꝛ bonũ sanguinẽ ostendit in corpore dñare. habentibus autẽ colorem albũ qui phlegma significat vt princeps ait in.ij.j.doc.iij. c.iij. coit⁹ etiã interdicit. Dicit eñ Auicẽ.ibidẽ. Albedo signũ est priuatiõis sanguinis: aut paucitatis ipsius cum frigiditate qm̃ si cum caliditate esset ꝛ hũore cholerico eẽt citrinitas: ꝛ subdit q color rube⁹ significat multũ sanguinis ꝛ ruffus ꝛ subruffus significãt caliditatẽ: sȝ subruffus pl⁹ significat cholerã rubeã: ꝛ ruffus significat sanguinẽ cholericũ. Et p colorez

ruffum intelligimus illū quē dici
mus rubeū clarum. Qui igitur colo
rem habuerit rubeū ꝛ nō ruffum
aut subruffum: maiorē ꝛ laudabi
liorē habebit sanguinis quātita-
tem: ꝛ per cōsequēs tutius pote-
rit veneri indulgere: qui aūt colo
rem brunū, siue fuscum habuerit
minime: qm̄ vt Princeps ait vbi
supra. Color fuscus vehemētē si-
gnificat frigiditatē ob quā minui
tur sanguis ꝛ cōgelatur: ꝛ ille pau-
cus ad nigredinem tēdit: ꝛ cutis
mutat colorē. Demū considerent
cōsuetudinē suā iā assueti assue-
tos labores ferre: ēt si fuerint im
becilles facilius ferūt: teste hippo-
crate in scdo aphorismoꝝ. apho-
rismo. xlix. his igitur obseruatis si
oīa cōsentiunt: aut plurima secu-
re quis ducet vxorē: si vero prohi
buerint: minime.

¶ Capitulum. xxxvij. ostēdit in
quo anni tpe: ꝛ i qua hora diei
naturalis sit veneri operā dan
dum securius.

Quantū autumni tpe no-
ceat veneri indulgere in
fine. xxxv. c. dictū est. In
qua autē parte anni hō
carnoū iuuenes et ceteri possint
vti frequētiori coitu securius nō
dum dictū fuit: sꝫ in p̄senti dicem⁹
et in qua etiā hora diei hoc face-
re debeam⁹ oñdem⁹: vt minime nr̄a
cā errare cōtingat. Dicam⁹ igitur
prio sicut in autumno plusq̄ in
aliis coitus nocet: sic in vere per
oppositū cōfert: aut saltē minus
nocet: cū ver sit sanissimū tps: et
minime morbiferū: vt dicit hippo
crates in. iij. aphorismoꝝ. apho-
rismo. decimo. In cuius cōmento
Gal. inq̄t. Uer est ceteris tpibus
sanius: qꝛ tempatius aliis. Et in
fra. Uer (sicut diximus) in suis tē
peratū est cōplexionib⁹. Et in pri
mo de cōplexiōib⁹. c. iiij. sic iterū
ait. Qui existimāt q̄ ver sit calidū
ꝛ humidum ꝛ nō sit equale: errāt
manifeste: qd̄ itelligēdū est respe
ctu corpis temperati: respectu tn̄
alioꝝ tēpoꝝ anni sine dubio cali-
dum est ꝛ humidū: vt cōsiliator vo
luit i dr̄ia sexagesimasexta: ꝛ fuit
mens Galeni in. j. de febribus ad
glauconē. c. ij. dicentis. Uer cali-
dum est ꝛ humidū: vt est sanguis
in nobis: que etiā fuit snīa Arist.
in. iiij. pblematum pblemate tri-
gesima prima dicētis. Natura ve
ris calida est ꝛ humida: ꝛ ppter-
ea in eo opationes nutritiue sunt
perfectiores: ꝛ hoc nō accidit nisi
ppter multiplicationē caloris na
turalis in corpe: vt inq̄t Auerr. in
ij. colliget. c. vltimo. Et ppter hāc
rōnem tutius invere possumus ve
neri indulgere. In hieme quoq̄
satis etiā secure idē facere nō du
bitam⁹: lꝫ frigida sit et humida.
vt dixit Aui. in. ij. j. ꝛ Gal. in. j. de
febribus ad glauconem. c. ij. Tn̄
qꝛ calor in hieme iteriora ingre-
ditur ꝛ ibidem adunatur: propter
hoc in hieme digeritur multum et
per cōs multus cibus est appetē
dus. teste Gal. in primo aphoris-
morum. cōmento. xv. ꝛ Auic. in se
cunda primi doctrina secunda. c.
sexto dicens. hiems ad digerēdū
est melior ppterea q̄ frigus sub-
stantiā caloris innati cōprehēdit
vn̄ fortior efficitur ꝛ nō dissoluitur
ꝛc. Et ob hāc cām in hieme coit⁹
nō phibetur: sicut p oppositas cās
idem in estate nocibilior ꝛ phibi-
tus magis existit. In autumno
autem omnino detestatur. hoc est
igitur quod dicimus de coitu re-
spectu tēpoꝝ anni. Sed de horis
diei naturalis idē ferme asserim⁹
q̄ de horis exercitij dicebamus.
Un̄ coitus fieri nō debet nisi cor-

pus eo mō quo ibi dixim⁹ prepa
ret: sicut nobis innuit Haliab. in
v. theori. c. xxxvj. cū ait. Si cibo
hō repletus: aut potu coitu vtat̃
debilitas ei⁹ fit corpori enervatio
neruis: dolor in genib⁹: aliarūq̄
ɔtinuationū: viscerū opilatio: ge-
nerantq̄ abinde humores grossi
cuius vsus si hoc fiat modo fre-
quēs et assiduus hidropisis se-
quitur asma ꝛ tremor. Si vero fa
mez patiēs quis ad coitū accesse
rit: aut sitis molestia pressus aut
aliqua certa euacuationū spē exi
nanitus est: vt vomitu: solutione:
phlebotomia ꝛ his similibus aut
statim post balneū: vl' laborē vigi
liasq̄: aut etiā post grauē tristitiā
corpus consumitur et desiccatur:
calor dissoluit̃ naturalis: ciborūz
immutat̃ appetit⁹: tenebratur vi
sus: oculi fiūt cōcaui: ꝛ nōnūq̄ de
fect⁹ accidit ꝛ spasm⁹ ꝛc. Et pro-
pterea di. Aui. in. xx. ter. c. x. Coit⁹
bon⁹ est ille q̄ fit in hora anq̄ su-
pfluitatū sequat̃ euacuatio ꝛc. Qđ
dictū sic intelligēdū est. s. anteq̄
hora aduenerit in qua expellere
oporteat superfluitates: qm̄ cum
ipse stimulāt et exitum petūt: tūc
iā hora cocundi ptrāsiuit. Et qđ
ita sit patet per ipz dicētē in. c. ij.
eiusdē. Et opz ne coitus fiat ne-
cessitate fecis: aut mingēdi mora
neq̄ cū exercitio ꝛ motu: aut post
passionē animalem fortem ꝛc. Et
postea subiūxit. Et opz etiam ne
coitus fiat sup repletionem: quia
prohibet digestionē et debilitat.
neq̄ coeat aliquis cū adest vacui
tas iterum hoc em̄ est nocibili⁹ ꝛ
onerosius nature: ꝛ mag; pnecās
calorē innatū: ꝛ magis attrahēs
liquefactionē et ethicā: imo opz
vt fiat cum cibus descendit a sto-
macho: ꝛ ɔpletur digestio pria ꝛ
scđa ꝛ mediatur dispositio in di-
gestione tertia. Et opz ne coitus
fiat sup satietatē nauseatiuam: ꝛ
p⁹ euacuatiōes fortes ex vomitu
ꝛ fluxu ventris et motus corpo-
reos et aiales ꝛc. Que fuit senten
tentia Gal'. in tertio Tegni text.
commenti. xxxviij. dicentis. Tem
pus vsus coitus est quando per-
fecte medium earum que extrin-
secus oiz circunstantiaꝝ: neq̄ su
per repletum corpus: neq̄ indi-
gens: neq̄ īfrigidatū: neq̄ super
calefactum: aut exsiccatū. aut hu
mectatum: immoderate. Si vero
peccet aliquando corpus paruū
esto peccatum melius vero id est
minus malū est calefacto magis
q̄ infrigidato: ꝛ repleto magis q̄
euacuato: et hūectato magis q̄
exsiccato corpore vti venereis. hec
ipse. Tñ periculosum est super re
pletionem: et cenam vt ɔmuniter
fit velle coire: qm̄ incurrit poda-
gras et dolores alios ille qui vti
tur coitu immediate post cibum
sumptum sicut dicit Auic. in can-
ticis textu commenti. clv. Recte
igit̃ intelligatur verbum illđ Ga.
melius repleto q̄ euacuato corpo
re vti venereis. Obseruent itaq̄
ea que diximus de coitu qui suā
incolumen cupiunt sanitatem ɔ-
seruare.

¶ Capitulū. xxxviij. ostēdit q̄ fu
gere debeāt religiosi ꝛ q̄ dimit
tere volētes a coitu abstinere.

Sed cū plerīq̄ vi
ri cōtinētes ꝛ re
ligiosi reperiant̃
qui suā oipotēti
deo vouerūt casti
tatē: q̄b⁹ p̄cedēn
tia dicta de vene
re nō mō sūt vtilia: sz nec q̄dē ab
eis legēda aut inspiciēda sūt: cū
poti⁹ oī ingenio oīq̄ dil'gētia mē
te ac corpe ea q̄ venereis sunt fu-

gere conent̃:his ꝗ hoc capitulū ꝯpilaui nō mō eis vtile:verūetiā necessarium vt qd̄ desiderāt sine molestia ac sine aliq̄ tētatione faciliꝰ ꝯseq̄ valeāt. Qd̄ tñ pluribus ē difficile eo qd̄ q̄ venerē ꝓmouēt nō intelligāt neq̄ q̄ ipaȝ extingāt mortificētq̄ nō cognoscāt:q̄s intēdo in pn̄tia docere dicens cum Arist.in ij scd̄o posteriorȝ.c.j.ꝙ cā et effectꝰ se iuicē iferūt si vniuersaliter ⁊ adequate sumant̃. Sic igit̃ vbi erit sufficiētia cāȝ alicuiꝰ effectus:pculdubio ipse ꝓducet̃ ab eis i eē:⁊ ꝑ oppositū vbi sufficiēs erit destructio taliū cārū et talis effectꝰ adnihilat̃ sine dubio. Desiderātes ꝗ coituȝ fugere dn̄t et causas ipȝ ꝓmouētes auferre aliter em̄ positꝭ causis et effectꝰ ꝯsequet̃. Cause em̄ in venerē ꝓducētes pricipales he sūt.s.vētositas erigēs et semē purgari ac expelli ꝓcurās icitāsq̄ ad hoc sine aliq̄ intromissiōe ⁊ p̄cipue si multe fuerit q̄ntitatis ex q̄bꝰ desideriū surgit et tētato manifestat̃. Qd̄ cuȝ viderit diabolꝰ:mēti ꝑsuadet vt turpia ꝯcipiat:femias desideret: ceteraq̄ talibꝰ virꝭ religiosis abomiabilia. hec aūt tētatio sepiꝰ venit:multosq̄ aggredit̃:atq̄ fragiles:oēs corrūpit:fortiores aūt et bn̄ armati virit̃ resistētes vix ille si pn̄t subterfuger̃. Qd̄ tn̄ n̄ eēt si cās illas.s.vētositatē et semē nō admitterēt. Sȝ dicet q̄s hoc i nr̄a ptāte nō ꝯsistit vt naturā suas ꝓducere opationes impediamꝰ:si em̄ aliq̄s calidos renes ac testes plurimū sanguinis attrahētes:et ipm̄ in semen cōuertentes habuerit qūo prohibere poterit seminis vel vētositatis gn̄ationē. Cui respōdebimus et dicemꝰ qd̄ fiat illa caliditas erit nālis aut accidētalis:et q̄cūq̄ fuerit illa remitti pōt cū frigidis rebꝰ interiꝰ ⁊ exteriꝰ administratis fugiēdo supinū decubitū ac grabati mollitieȝ atq̄ caliditatē:q̄ aūt debeāt eē talia infrigidātia:medicꝰ electꝰ ſm ꝯplexionē ac caliditatis intentioneȝ vl' remissionē corpisq̄ ꝓprietatem:et vt sue sapientie videbit̃ ordinabit. Multitudo aūt sanguinis ad ea mēbra trāsmissi medici opera nō indiget sȝ patiētis ꝓ regimine sanginis calidi et acuti diminutiuo. Diminuit̃ aūt sanguinis supfluitas supabuntiā nutrimēti prohibēdo:qm̄ in repletiōe est venus vt dicit Arist.in decimo proble.proble.xlvij.⁊ precipue si talis repletio ex bonis et delicatis cibarijs fuerit:et maxime sp̄ma multiplicātibꝰ:vt carne colūbinoȝ passeȝ hedi et similiū. Un̄ Aui.dicit in vigesimo tertij.c.xxj. Meliores ad sperma cibi sunt q̄ fiunt ex carne hedi pinguis masculi ⁊ carne ouia cicere ⁊ cepe ⁊c. Qua ēt sorbilia:lac pisces cū aromatibꝰ calidis vētosis:vt zinzibere pipere galēga et similibꝰ. Cuius rō ponit̃ a Gal'. in quinto de simplici medicina dist.sexta.c.secūdo dicēte. Res prouocātes sp̄ma sunt res q̄ aperiunt:et earum caliditas tanta est ꝙ nō exsiccat propter hoc igitur predicta aromata faciūt ad venerem. Sil'r cepe:baucie:faba:faccoli:cicer:enulaq̄:et talia ventositatem multiplicando. Anisum quoq̄ ⁊ feniculus:amigdale:phistici:auelane ⁊ hmōi vitari dn̄t:et vinū precipue potēs:et dulce in quo est luxuria. vt Paulus inq̄t. et Ouidiꝰ de remedio cū ait. Quid tibi precipiaȝ de bachi munere q̄ res. Spe breuiꝰ monitꝰ experiere meos. Uina parāt animos veneri faciūt libidinis aptos. Et fuit sn̄ia Aristote.

In tertio proble. ꝓblemate prio dicētis. Uinū venereos facit: ⁊ recte dictū bacchꝰ ⁊ venꝰ adinuicē sūt. Herbas q̄z calidas vt erucā: mētā ⁊ hmōi dimittere opz: sicut etiam nec cepas accipere est totū vt diximus iuxta sniaz medicorū ⁊ Ouidij dicētꝫ vbi supra. Daūnis an libicꝫ bulbꝰ tibi missus ab orꝫ An veniāt megaris noxiꝰ ōis erit: Nec minꝰ erucas aptū ē vitare salaces. Et q̄cq̄d veneri corpa nr̄a parat. Qd etiā nobis innuit Aui. in. c. xxxvj. sen. xx. dicēs. Ex adiuuātibꝰ ad coitū sunt q̄cūq̄ sumūtur ex cibis calidis acutis aut inflatiuis: sicut sunt cicer ⁊ vua ⁊ vitellꝰ oui et illa q̄ aggregāt vtrāq̄ rem sicut eruca ⁊ vinum nouū in quo est proprietas gn̄andi sperma. ⁊c. Ab his ergo abstineāt: et a reliquis huiusmodi qui suam castitatem illesam voluerint altissimo conseruare.

¶ Capitulū. xxxix. ostēdit que facere oporteat eos qui a venereis nolunt molestari.

Qui suā voluerit seruare castitatē: oz p̄terea q̄ in p̄cedenti. c. dicta sunt ⁊ hec q̄ in hoc dicemꝰ obseruare: vt seriꝰ suū laudabile votū ꝯsequat̃. Quorū primū istd existit: vt ꝑ posse nulla in eo spermatica superfluitas gn̄et̃ cū abstinentia cibi ⁊ potꝰ: qm̄ sperma est superfluitas digestionis quarte: q̄ fit cū dispartit̃ cibꝰ in mēbris resudādo a venis tertia digestiōe iā expleta: ⁊ ē de summa hūiditatis prime coagulatōi ex q̄ nutriunt̃ mēbra dura ⁊c. vt priceps voluit in. xx. ter. c. iij. Ista igit̃ supfluitas exsiccabit̃ ⁊ ꝯsumet̃ cū ieiunio ⁊ fame vehemēti q̄ debilitāt corpꝰ: vt Aui. di. in decimotertio tertij tractatu. v. c. viij. ⁊ in. xvj. tertij trac. iij. c. vj. sic inq̄t. Fames ⁊ vigilie resoluūt supfluitates. Silr̄ et cū forti labore hmōi supfluitates: si qua erit gn̄ata: resoluet̃: vt supra patuit de nocumētꝫ imoderati laborꝫ: sicut ocio ac ꝯtinua reqe oppositū ꝯiungit: sicut naso poeta singularis in suo primo de remedio cecinit. Ergo vbi visus eris nr̄a medicabilꝫ arte. Fac monitꝫ fugias ocia pria meꝫ. Hoc vt ames faciūt hec q̄ fecere tuent̃. Hec sunt iocundi cā cibusq̄ mali. Ocia si tollas ꝑiere cupidinꝫ arcꝰ. Cōtēptecq̄ iacēt ⁊ sine luce faces. Quā platanꝰ: riuo gaudet: q̄ȝ ppl's vnda. Et q̄ȝ limosa cana palustris humo: Tā venꝰ ocia amat ⁊c. Sint igit̃ in ꝯtinuo exercitio ⁊ forti q̄ plus a venere molestari ꝯsueuerūt. Necnō mortis future recordent̃: tristitiā inferorꝫ imaginātes ꝑcutiētes q̄z corpus: vt Hier. ac reliq̄ beati faciebāt. Istꝫ eni remedijs nulla prorsus tētatio aut q̄ȝ rarissima ꝑcipietur: sicut placuit Aui. in. xx. ter. c. de alum̄ dicenti. Cura q̄ ꝯfert est illd qd frāgit desideriū coitꝰ ex tristitia fame ⁊ vigilijs ⁊ carcere ⁊ ꝑcussiōe: hec q̄dē securior via existit ⁊ ad sanitatē magꝫ faciēs q̄ȝ q̄ exsiccātia ⁊ resoluētia: sine ꝑ̄mā extinguētia iubet assumere. vt semē agni casti: rute: cimini: ⁊ hmōi calidorꝫ ⁊ exsiccātiū: vl' coriādri: cāphore: ⁊ taliū ifrigidātiū ⁊ calorē inatū ꝯgelātiū: p̄terea q̄ de pedibꝰ nudis ⁊ de dormitiōe super res frigidas ac duras dr̄ tanquā de rebꝰ periculosis ad sanitatē: imo ad vitā ipaꝫ pniciosissimꝫ: silr̄ ⁊ q̄ de aspectu pulchrarꝫ faciē dici solēt tāq̄ȝ de re māifestissima: ⁊ vtiq̄ ab oibꝰ caste viuere volētibus necessaria nedū vtili nihil in p̄ntiarꝫ verba facere inutiliter: vt

aliqui: volumus. hec enim et similia satis qui sane mentis fuerit p seipsum et sine doctore aliquo fore fugiẽda iudicabit: quare d hac materia hacten⁹ dicta sufficiant.

¶ Capitulũ.xl. declarat qd sit balneũ et q̃ ꝯditiones debeãt obseruari a volẽtib⁹ in aqua calida artificialiter balneari.

Vt de iuuamentis superfluitates corporis euacuantib⁹ sermonez ꝯpleam⁹: reliquũ est vt de balneo scribamus aliqua q̃ breuissime. Tum q2 apud nos vsus eius existit: tum q2 non sine periculo balneant q in hoc delectari consueuerũt et ob hãc cãz poti⁹ silẽdũ q̃ scribẽdũ esset de ipso ne omnino quis eo vteretur. Attamen quia nonnulli sine ipso viuere minime posse vident ppter eorum ad ipsum ꝯsuetudinem sicut in quibusdã regionib⁹ ⁊ nõ ignobilib⁹ apparet: iõ de ipo aliqua non inutilia prout sapientib⁹ visum est in duob⁹ capitulis adducem⁹. Sed quid balneũ sit declaremus dicẽtes cũ Consiliatore nostro in differentia.cxxviij. qd balneum est corp⁹ subtile vel liquidum corpori circũferẽtialr occurrens: et ipsius immutatiuũ. Cuius cũ due sint species: scz aereũ qd stupha nũcupat: aliud do aqueũ qd ex aq̃ dulci fieri solet: ⁊ hoc iterũ duplex est.s. calidum vel tepidũ: aliud vero frigidum de quibus tm̃modo in presentia dicemus: et prio de calido cui⁹ multa vident esse iuuamenta cũ ꝯsuetum fuerit et debito modo applicatuz: dicẽte Aui. in tertia primi doc. secunda.c.v. iuuamenta balnei sunt somnum facere: et aperire: et abradere: et resoluere: et digerere: et nutrimẽtũ ad cutis supficiẽ attrahere ⁊c. Et in cãticis textu com.cliiij. inquit. Utẽdũ est balneo ad tollendum sordes ⁊ immũdiciã: neq3 sis in hoc piger: si vis educere supfluitates a corporis supficie: ⁊ cutẽ ab accidẽtibus immũdicie mundã facere: quod ꝯfirmauit Auer. in commẽto et.vj. colliget. Et fuit sententia Almã. in quarto, c. dicẽtis. Sunt de iuuamentis balnei corpus humectare et reuocare porosq3 aperire: ac sordes ꝯgregatas detergere repletionẽ quoq3 minuere: ⁊ ventositatẽ dissoluere: et ad somnum ducere ac hũores subtilare: balneũ pterea dolores reprimit: ventrẽ stringit atq3 lassitudinem remouet: corpusq3 cibis aptũ efficit. Hoc quoq3 sensit Gale. in.v. theori.c.xi. dicẽs. Balneo autez post exercitiũ et añ prandiũ vti sanis corpe magnas vtilitates confert: humectat em̃ corpus et mẽbra: calorẽ cõfortat naturalem: digestionem optimã reddit: angustiaz si qua est effugat: poros aperit. supfluitates euacuat dolores mitigat: et ventositates dissoluit: ex qb⁹ appet qd balneũ non minus sit necessarium q̃ vtile qd equidẽ verum esse fatemur: et si nos in totius vite nostre tempore nũq̃ balneati fuerim⁹: et tñ sani dei gratia semp fuim⁹ et ppterea non absolute balneum vituperamus: sed tm̃modo illis qui inepti sunt et insueti: ꝯsuetos em̃ exhortamur vt ad balneũ accedãt dũmodo infra scribendas ꝯditiões habuerint: sin autẽ minime. Quarũ prima ẽ vt assueti sint sic balneari dicẽti. Hipo. in tertio regiminis acutorũ. Qui balneum tñ frequẽtare ꝯsueuerũt eis maxi-

me adhibendū est: hi nāqꝫ ipsum desiderāt: si ꝗ dimiserint ledunt. Secūda conditio obseruanda est vt nullus plectoricus neqꝫ cacho chim⁹ balneo vti p̄sumat. ne commoti humores aliquā faciāt egritudinē qm̄ Auicē. in. iiij. primi. c. xvij. dixit. Balneū solet facere vt ebulliāt humores r spargant. qd̄ etiā sensit haliabas in. v. thorice. c. xiiij. cū iquit. Aliquoties malis aliquo in mēbro positis humoribus. cū a balneo liquefacti fuerit decurrētes bonis miscent humoribus: quib⁹ secū corruptis malorū quātitates augent: iō corpora habētes repleta balneo nō expedit vti anq̄ eorū euacuent corpa: et illi maturent humores hinc itaqꝫ est ꝙ apostemate fabricātes: r ab opthalmia molestati. i. morbi p̄ncipis r anq̄ maturet materia arceāt a balneis q̄ fuit sentētia Gale. in primo de febrib⁹ ad glauconē. r i quinto Terapentice cū inquit. Qd̄ inter reliqua a balneādis obseruāda opꝫ vt nulla principaliū particularū ibecillis existat: r qd̄ multitudo crudorū humorū scd̄ꝫ primas venas nō ꝓhibuerit. r ꝓpterea cōcludit Rasis in. iiij. Almāsoris. c. xxiij. ꝙ si aliq̄d damni in balneis ꝑcipit: istd̄ est in corporib⁹ impuris: q̄ꝛ puris nullū damnū euenire pōt r ꝓpter hāc ꝯditionē oēs fere sunt ad balneandū suspecti. Tertia ꝯditio attēdēda circa horā balnei est vt nequaq̄ ante exercitiū balneet quis dicēte haliabate i. v. theorice. c. p̄allegato. Balneū etenim an̄ exertiū superfluitates cibi transmitti in mēbra quas indigestas inuenit. liquefacitqꝫ hūores et superfluitates exire paratas: et vapores defluere ad aliq̄ facit mēbra: pariterqꝫ inde morb⁹ rc. Quarta cōditio vt dicebatur de exercitio. est ꝙ ante cōcestionem balneari oportet: cuꝫ dicat Princeps in tertia primi doctrina. ij. cap. vij. Prius oportet balneari deinde cibari: ita vt cōcestio balneationem non precedat que fuit sententia hippocratis in iij. regimine acutorum textu commenti. lvij. dicētis. Nequaq̄ balneandum est parua tēporis mora post acceptum cibum vel quempiam potum: in cuius commento Gale. ait. Quod est quia qui vtitur aliquo potu deinde balneat post illud replet caput eius: et q̄ sumit cibū deinde vtit post ipsuꝫ balneatiōe replet caput ipsius et reliquū corp⁹ ꝓpterea q̄ꝛ attrahit cibū ad se ex stomacho an̄ digestionē ei⁹ a quo sumpsit Auicē. in. ij. j. doctrina secunda. c. xix. cū dixit. Cum balneū ingrediuntur post saturitatem impinguāt propterea ꝙ materiam ad exteriora trahit corporis verūtamē oppilationes efficit propter qd̄ sui causa a stomacho r ab epate nutrimētū ad mēbra trahit nō coctū r ꝓpterea dixit vbi supra. r in. vij quarti tractatu quarto. c. ij. Qui sanitatē vult cōseruare balneū ingredi dꝫ postq̄ est digestū qd̄ est in stomacho et in epate. Nec tamen propter hoc credendum est quod cū hora sumendi cibum et famis aduenerit tūc balneandū sit: imo r hec hora pariter prohibetur vt de exercitio dicebatur: teste principe i scd̄a primi loco et capitulo supius annotato dicēte. Cuꝫ balneuꝫ ingrediuntur ieiuni et vacui vehementer exsiccat macrescere facit r debilitat. Quinta cōditio in balneo obseruāda est qd̄ dum in eo sunt: neqꝫ comedant quid neqꝫ bibāt quamuis opposstū plurimi faciāt: q̄ precipitur ab

hippocrate i.iij.regiminis acutorum sic scribe͂te. Necq circa hora͂ ipsarum balnei pporia͂du est aliqd cuius ro͂ i quarta co͂ditio͂e fuit expressa. Sexta co͂ditio circa spaciu͂ balnea͂di est q in balneo longa mora no͂ est facie͂da ppterea q resoluit et debilitat: dice͂te Auice͂.in.ij.primi doc.2.c.pdictis. Balneum exsiccat eos qui diu in ipso morant ppter resolutione͂ et sudore͂ etc. Et infra subiunxit. Si qs multa͂ in balneo facit mora͂: timet ne ei supueniat sincopis ppterea qr calefit cor et co͂mouet inde sincopis. et in summa secu͂da.c.ij. eiusde͂ sic inquit. Multa i balneo mora et longo te͂pore: lz te͂perate calefaciat: infrigidat tn͂ calore͂ inatu͂ suffoca͂do. et in scda tertij.c.vij.dixit. Scias qd longitudo spacij more in tina siue sit aqua siue alid est ex eis q̄ noce͂t ppter mollificatione͂ vtutis et i tertia pmi doc.ij.c.v.sic quocq scripsit. Balnei impedime͂ta sunt debilitare cor si multu͂ morati fuerint et facere sincopim et nausea͂ et humores quietos mouere et eos ad putrefactione͂ pparare et cum eis ad me͂broru͂ debiliu͂ receptacula declinare a qb⁹ accide͂t apostemata me͂broru͂ occultoru͂ et in eorum superficie: et ppterea sit Septima co͂seqne͂s ad pdicta co͂ditio atte͂de͂da: q̄ ponit ab eodem in.xij. tertij.tractatu.iiij.c.x.de termino spacij et more in balneo dicente. Oportet vt sit spaciu͂ balneatio͂is vscp du͂ pseueratz inflat et augme͂tat corp⁹ et incipiat detumescere. Octaua conditio post exercitium balnei obserua͂da est eiusde͂ principis in secu͂da primi dice͂tis. Qui balneant debent se custodire ne re͂ frigida͂ actu biba͂t in egressione balnei aut in balneo qm͂ pori sunt apti qre frigiditas no͂ tarda tur qui ad me͂brorum pncipaliu͂ corpora pcedat et ipsoru͂ corru͂pat virtutes ab oi͂ quocq re vehementis caliditatis se custodire debe͂t et pcipue ab aq̄ qm͂ si ea͂ sumpserint time͂du͂ erit ne cito ad me͂bra penetret principalia: et inde accidat ptisis et ethica: et subdit. Caueat pterea ne cito balneu͂ egrediant: et caput post ipz discoopiant: et ne frigiditati se expona͂t sed bn͂ coopiant pa͂nis: precipue si i hieme fuerit: et in tertia primi.do.ij.c.vij addidit. Qui ex hoib⁹ pinguis exiſtit: opz ne illico cum egredit balneu͂ co͂edat. sed expectet: et paruz dormiat somnuz. Ecce igit q̄t obserua͂da sunt a vole͂tib⁹ balneari si balnei iuuame͂ta ab autoribus dicta co͂sequi volerint: aliter em͂ pl⁹ nocumenti q̄ vtilitatis ex balneatio͂e pcipie͂t et ppter hoc q ta͂ta et tota balnea͂dis no͂ obseruant ip̄m suspectu͂ habem⁹: q̄uis in se vtile sit ad sanitatis co͂seruatione͂.

¶ Capitulu͂.xlj. oste͂dit q̄ sint iuuame͂ta balnei aq̄ frigide et q̄ possint et qn͂ ipo vti secure: et demum continuat dicitis dicenda.

Visum e͂ i supiori.c.quot debea͂t obseruari q̄ calide aq̄ balneo vti voluerint: in presenti au͂t dice͂du͂ duxi de obseruandis a volentibus in aqua frigida balneari: vt iuuenes i estate balnea͂tes se intelligant quibus hoc co͂cessum sit et quib⁹ minime: dicam⁹ ergo cu͂ Auice͂.i.ij.primi doc.ij.c.vj.q ablutio que fit cum aqua frigida co͂uenie͂s no͂ est nisi cuius regimen vndiqz co͂seruat et cuius etas et virt⁹ et figura et tp̄s su͂t co͂ueni͂etia: et necq fastidiu͂ necq vomitu͂ necq ve͂tris fluxu͂: necq vigilias nec reumatismos hz nec e͂

puer: neqꝫ senex: ꝛ i hora i q̄ ipsi⁹ corp⁹ est leue ꝛ mot⁹ cōuenietes ꝛ est cū hoc ꝙ fit post ablutionē aq̄ calida factā adhoc vt exterio ra n̄at fortiora ꝛvt calor retineat naturalis: qđ si volūtas affuerit vt istđsit oportet ne aq̄ sit multuꝫ frigida imo vt sit tēperata: ꝛ ē q̄n hoc fit post exercitiū ꝛ tūc quidē opꝫ vt fricatio an̄ ipsam fiat fortior ꝙ̄ solebat: sꝫ inunctio sit ex oleo quēadmoduꝫ solebat: et sit exercitiū post fricationē aut iunctionē tēperatā: aut sit parū velo ci⁹ ꝙ̄ solebat deide post exercitiū in aq̄ frigida subito natetvt ipsi⁹ mēbra simul dura fiāt: postea ꝑseueret i ea scđꝫ mēsurā sue leuitatꝭ: ꝛ quātū tollerarevalet an̄ꝙ̄ supueniat horripilatio. deide cuꝫ egressus fuerit fricet sicut noiabimus: ꝛ ei⁹ cib⁹augmētū suscipiat ꝛ pot⁹diminutionē: ꝛ cōsideret tēpus reuersiōis sui caloris ad ipꝫ ꝛ caloris eius: ex q̄ si velox fuerit sciet ꝙ ei⁹ mora fuit moderata: ꝛ si tarda fuerit sciet ꝙ mora prolixior fuit ꝙ̄ đbuit: ꝛ subdit. Et qui hoc agere. s. balneari i aq̄ frigida voluerit: gradati in ipō ꝓcedat ꝛ calidiore die q̄ ē i estate hora feruoris prius icipiat ꝛ sibi caueat ne vent⁹ sit ibi et ne illud post coitū pagat: neqꝫ post cibū q̄ nō sit digest⁹: neqꝫ faciat hoc post vomitū neqꝫ post euacuationeꝫ neqꝫ post cholicā passionē nec vigilias: nec corpis debilitatē neqꝫ stomachi: neqꝫ post exercitiū nisi q̄ illđ agit sit valde fortis scđꝫ modū quē dixim⁹. Et cōcludit postremo: cū aq̄ igit frigida ꝭꝫ modos dictos lauari calorē naturalē subito ad interiora pellit postea ꝯfortat ipm vt fortior fiat ꝛ egrediat cū mltū. hec ipē. Et nō solū hoc fuit princ̄ipis sꝫ ēt halia. in. v. theo. c. xiij. dicentis. Suauis aq̄ frigide balneū corp⁹ refrigerat ꝛ humectat calefacit quoqꝫ: sꝫ ꝑ accidēs spissat etem̄ poros: calorē iteri⁹ i corpore recludit. Vn̄ ꝛ suaui⁹ aq̄ frigide balneū si post sumptū fiat cibuꝫ: digestionē adiuuat si carnosuꝫ fuerit corp⁹ ꝛ etas iuuētutis ꝛ presens estas tūc em̄ auget calor naturalis: ꝛ mēbroꝝ ꝩt⁹ digestionisqꝫ bonitas: et post pauca subiunxit. Si sit aūt corp⁹ exile: ꝛ pauce carnis: frig⁹ in ꝓfundo imergitur corpis: ipꝫqꝫ refrigerat donec etiā nobilib⁹ cōtinuet ipa mēbris frigiditas: coagitatur itaqꝫ n̄alis calor: acciditqꝫ illis qđ serpētib⁹ hieme. Et post aliq̄ adhuc subdit Cauēdūest aūt aq̄ frigide balneū post coitū ꝛ laborē diariāqꝫ nisi ꝙ supabundans fuerit: tūc etem̄ aq̄ frigide balneū vtile est. Nec vero statiꝫ post vigilias aut vomitum fiat: nec post medicaminꝭ laxatiui potū: q̄m i oib⁹ his malū ē q̄ fuit ēt. Gal. sentētia i tertio de regimine sanitatꝭ dicētis: aq̄ frigida moderate nature corpisꝯgrua: quousqꝫ t̄n auget corp⁹ eucratū frigida nō balneādū est ꝓh. bet augmētationē adauctovero iā sufficienter assuefaciendū eo: qꝛ totuꝫ corp⁹ fortificat: ꝛ cutē spissam et durā ꝑficit vt nō ab exterioribus ledat. Qui aūt voluerit incipere balneari in frigida aqua dꝫ hoc incipere hora anni icipiēteestate: vt vsqꝫ ad hiemem iā assuefact⁹ sit: ꝛ dies sitvt possibile ē nōventosus: sꝫ calidissimus ꝛ meridies eius sit: ꝛ hō qui erit balneand⁹ in medio quarti septēnij. s. circa vigesimū quartū annū: in nullo ab aliqua causa eo die vel p̄cedēte nocte alteratussuā constitutionem certissime custodiens sit: et animo nō tristis imo letus mari-

me: tūc q̄ pri⁹ fricet̃ lintheis duriorib⁹ vel sptina vt equal'r fiat fricatio: deīde fricet̃ oleo: post vero exercitet̃ equalib⁹ quib⁹ assuetus erat exercitijs. s₃ citiorib⁹ deīnde repēte in aquā descēdat vt momēto vno oīb⁹ mēbris corpis circūfundat̃ aq̄: ne si paulati₃ descēdat rigor inascat̃: sit aūt aq̄ neq₃ tepida: neq₃ multū frigida: postmodū vero ꝛ hac vtet̃. Egrediēte vero ab aq̄ plurib⁹ manib⁹ fricet̃ per oleū q̄usq₃ calefiat cutis: ꝛ postea cibaria q̄dē plura sint assuetoru₃ minor vero pot⁹ offerat̃ quia plura appetūt in frigido balneo: ꝛ digerūt melius: ꝛ sitiūt min⁹: ꝛ incedāt in crastinū ad exercitia fortia ꝛc. Ex quib⁹ manifeste patet ꝙ ꝓpauci quidē reperiunt̃ q̄ hec oīa sciāt: possint ꝛ velint obseruare: ꝛ ꝓpterea infirmant̃ pleriq₃ ex tali balneatiōe: iō ꝑiculosa ē hisq̄ tot ꝛ tāta vt dixim⁹ attēdēda nō obseruauerint q̄re aut ꝯsueti dimittāt: aut ꝑdicta ad plenu₃ ꝓsequant̃. Reliquū ē ꝙ postq̄₃ i supiorib⁹ de aere exercitio coitu: ꝛ hmōi corp⁹ iuuamentis (alias imutātib⁹) diximꝰ vt deiceps de restaurātib⁹ ip̄m scribam⁹: vt sciat vnusq̄sq₃ quō ꝛ cū quib⁹ resolutū ꝛ iā euacuatu₃ corp⁹ possit ꝯfortari: ꝛ q₂ naturaliter ꝛ artificial'r ḡnalia semp precedere dn̄t specialia. vt dixit Gal'. in. iij. aphorismoꝝ cōmēto. xvj. et Aristo. i. ij. de ḡnatiōe. Cognitis vniuersalib⁹ facili⁹ intelliguntur particularia: iō rōnabile nobis videt̃ vt pri⁹ declarem⁹ quot ꝛ que circa refectionē vniuersal'r attēdēda sint necessario: deīde de cibis oīb⁹ i speciali sermonē faciemus ostēdētes q̄ cibi laudabiles sint ꝛ sanitatis cōseruatiui et q̄ mali et egritudinales existāt. digerēdi et appropriādi in q̄litate ꝛ quāt. tate vnicuiq₃ cōplexioni: etati: regioni: cōsuetudini ꝛc. Scdo₃ q̄d perito et iam electo medico videbitur. Nunc aūt ab vniuersalibus incipientes ostendamus propter q̄d comedere oportet quotidie.

¶ Capitulū. xlij. ostendit causam necessitatis quotidiane refectionis ex cibo et potu.

Quemadmodū lampadis flāma cōtinue cōsumit ea q̄ sibi apponūtur vt seip̄₃ diu cōseruet faciat q̄uis nō possit imortalē: sic ꝛ calor naturalis q̄ in nobis existit: incessanter agit in mēbra ꝛ corpis hūiditates: et sicuti oleo deficiēte flāma ipsa lichinū in breui tpe cōburit ꝛ cōsequēter extinguit̃: sic ꝛ nr̄a caliditas postq̄₃ hūidū nutriēs finierit partes corpis arefacit. ꝛ sic ē causa extinguēdi seip̄₃ accidētal'r ꝓpterea ꝙ suā cōsumit materiā: vt inquit Aui. i. iij. j. c. j. Et prima. iiij. c. de ethica. Cū aūt extinct⁹ fuerit calor naturalis. necesse ē vt ꝛ aīa a corpe separet̃: q₂ deficiēte instrumento nō pōt artifex opari: sic et aīa suas ampli⁹ nō pōt actiones exercere calore naturali adnihilato: q̄d suū erat instrumētū vt ait ꝑnceps in prima primi. doc. iij. c. iij. Et fuit sn̄ia Gal'. i quito de simplici medicina distinctiōe scda. c. v. dicētis. Calor innat⁹ est illd q̄d nominam⁹ spiritū: ꝛ est ille q̄ fixus ē ꝛ plātatus in corpe cuiusq₃ aīalis: qui q̄uis nō sit de substātia aie: est tn̄ primū instrumētorū eius: necesse est igitur volēti hunc calore₃ ꝛ vitam ipsam conseruare vt cū nūq̄₃ sine pabulo ꝛ nutrimēto relinquam⁹: qm̄ priuatū alimēto nō pōt diu durare teste Ari. in. ij. de aīa textu cōmenti. xlviij. ꝛ Gal'. in primo de alimentis. c. j.

di. Sine alimēto nō ē possibile vivere nec sanos nec egros. Cuius cām et rationē assignavit Rasis i xxv. cōtinētis. c. p̄rio dicēs autoritate Joānitij. Quia corpa nr̄a sūt cōtinue dissolutiōis ex aere circūferēti et caliditate innata q̄ est in nobis: idiguerūt nutrimēto ad resistēdū ei qd̄ dissolvit. diffusiusq̄ Haliabas i. v. theorice. c. xiiij. hoc sentiēs sic ait. Dico ergo cū sit corporū aialiū rationaliū et irrationaliū substātiā eorū dissolui semper et cōtinue naturalis causa q̄ in eis est caloris calidiq̄ exteri⁹ q̄ illis obvi⁹ est aeris aut dissolutione levi: vt qd̄ a corporib⁹ oīb⁹ relaxatiōe dissolvitur aut certe manifesta: vt sputa: emūctiones: sudor: vrina et egestio: necessariā habuit naturaz materiam ab exterioribus q̄ eorū loco succederet q̄ a corpore dissolvunt. hec ergo materia sunt esca et pot⁹. Qui mihi videtur verba Gal. dicētis in lib. de dissolu. cōtinua. c. j. hoc modo. Qr corpa hoim sunt i cōtinua dissolutiōe: et ppter calorē aeris circūdātis ea extrinsecus: et calorē interi⁹ existentē fuit necessarium restaurare in eis qd̄ dissolutū est de ipsis ideoq̄ fuerūt necessarij cibi et pot⁹: vno itaq̄ v̄bo cū ipso etiā Avic. in. ij. j. doc. summa. et c. scdis sic dicente. Nutrimēto indigētes sum⁹: et nostre cōservatio sanitatis est ex nutrimēto nobis cōveniente qd̄ equale existit et c. In summa igitur dictorū rō hec est: qr si resolutio esset: restauratio autē nō existeret: pculdubio vita cito finiret: sz posito calore resolutio sequit: non posita aūt refectiōe cōsumptio: ppterea fuit necessariū vt nutrimentū partibus suppleret resolutis: multū vero aut paruz fm maiorē aut minorē resolutarū partiū quantitatē dicēte Avicē. i. xiij. tertij trac. ij. c. vij. Necessitas cibi est vt suppleat locū ei⁹ qd̄ resolvit: cū ergo nō ē resolutio aut est resolutio parva: nō ē necessari⁹ cib⁹ extrinsec⁹. qd̄ etiā voluit in cāticis textu cōmēti cxxiij. dicēs. Scias quod v̄a cibi actio ē augere augēda et restaurare oē deperditū ex dissolutiōe corporis: et ad primū statū deducere. Resolutio itaq̄ calore naturali et ab extrinseco proveniēs fecit refectiōis et nutrimēti necessitatē: vt deperdita eo modo quo possibile est restaurarent: qd̄ dicimus ppterea q̄ restaurata nunq̄ ad quātitatē: nec ad perfectionē dissolutorū attingūt: et ob hāc cām necesse est ad finem devenire: et q̄ ita sit ptz per Gal. in. j. de regi. sanita. dicentē. Si possem⁹ tale aliquid introducere qd̄ sit̄ esset effluēti: hoc sanissimū et optimū esset: sed hoc impossibile est: qr id quod defluit ab vnoquoq̄ membrorū: tale natura est quale ipm membrū a quo defluit. Nihil aūt eorū q̄ comedūt aut bibunt: tale est oino q̄le id qd̄ defluxit a quo sumpsit Avicē. in. j. primi de etatibus. §. illo. Amplius si hec virt⁹ scz nutritiva infinita foret: et semper permutationē in corpore facere ei⁹ quod dissolvitur equal'r et vno modo: dissolutio tñ vno modo non esset: imo quotidie augeretur et c. Et ob hanc causam etiā optima comedētes: nutritissima: et ea perfectissime digerentes: mori habent de necessitate: licet non tam cito sicut oppositum facientes. Et hec de necessitate refectionis dicta sunt hactenus.

¶ Capitulum. xliij. ostēdit que et quanta sit vtilitas refectionis cum cibo et potu.

De cibo ⁊ potu.

Visa i p̄cedēti capi-
tulo refectionis ne-
cessitate: i presenti
ei⁹ grādis vtilitas
est vidēda: licet ma
gna ex parte ex his
q̄ i supiorib⁹ dicta sunt: cōp̄hēdi
pōt. Attamē dicam⁹ iterū replicā
do q̄ quāuis refectio quātūcūq̄
optima nos nō faciat a morte se-
curos: cū due sint naturales cor-
ruptiones quas nullū generatū
corp⁹ effugere pōt. Una q̄ semp
magis desiccamur. Altera q̄ sēp
vniuersa subā nr̄a fluit ob inna-
tū nobis calorē. vt. j. de regimi-
ne sanita. inuit nobis Gal. ⁊ i vj.
eiusdē cū inq̇t. Si possibile esset
semp custodire humidā cōplexio
nē corpis imortales essem⁹: sꝫ qr
naturalē viā eā q̄ ad desiccandū
corp⁹ fugere nō possibile. ꝓpter-
ea senescere necessariū est nobis:
⁊ corrūpi: ⁊ q̄uis a iā dictis ordi
natissima ⁊ p̄fectissima dieta nos
minime possit liberare: de his tn̄
duab⁹ reb⁹ securitatē p̄bet putre
factiōis penit⁹ ꝓhibitiōe: ⁊ defen
siōe ne humiditas cito resoluat̄:
⁊ in ipsi⁹ q̇dē fortitudine ꝯsistit vt
ip̄m corp⁹ vsq̄ ad debitū tp̄s ſm
suā p̄mā cōplexionē ꝑmanere fa
ciat ⁊ hoc q̇dē erit ꝓpter regimē
rectū restaurationis q̄ fit loco eius
qd̄ resoluit̄ ſm quātitatē possibi
lē ⁊c. vt inq̇t Auic. in. iij. p̄mi. c. j.
cui⁹ p̄allegata fuerūt v̄ba. Si igi
tur hec duo fecerit. s. q̄ putrefieri
nō ꝑmittat: ⁊ ꝓhibuerit ne cito
humiditas resoluat̄: diu ⁊ sanos
viuere faciat oēs q̄ tali vsi fuerit
restauratiōe ꝑut sensit Gal. in. vj.
de regi. sani. cū ait. Lōgeuissim⁹ ē
vtiq̄ q̄ minime desiccat⁹ fuerit: ⁊
infra dixit. In ꝯplexiōe lōgeuissi-
mi oim sunt q̄ humidissimi ⁊ ni-
mirū ⁊ sani sunt ꝯsolidatū fuerit
corp⁹ ⁊c. Qd̄ ēt voluit Auic. in lo
co superi⁹ allegato cū inq̇t. Cor
pus nō ꝑmanet tp̄e quo ꝑdurat:
nisi propterea q̄ ipsi⁹ innata hu-
miditas p̄ma resolutioni resistit
caloris ⁊c. O q̄ grādis est q̄ re-
fectiōis vtilitas: q̄ corp⁹ a siccita-
te festina p̄seruat: q̄ siccitas intā-
tū est nr̄is corporib⁹ inimica atq̄
cōtraria: q̄ icessanter augēdo ꝓ-
cedit donec nos ꝑimat. teste Prin
cipe vbi supra. q̄ grāde iterū erit
refectionis cōmodū cū humanū
corp⁹ longeuū ⁊ sanū esse faciat
toto suaꝝ etatū decursu. si ipsa
debita fuerit ⁊ ordinata refectio
dicēte Gal. i lib. de euchimia ⁊ ca
chochimia. Amicoꝝ meoꝝ q̇cūq̄
vacāt circa exercitia ⁊ ordiatiuā
dietationē oēs video semp sanos
esse: ⁊ iteꝝ vt in eodē. Nō egrota
bit oino debite dietat⁹ ⁊ exercita
tus ⁊c. Sic itaq̄ huius capl'i hec
cōclo: q̄ magna est debite ac ordi
nate refectiōis vtilitas: quēadmo
dū sapiētissimi antiq̇ꝝ in p̄alleg.
locis voluere. Quas aūt habeat
cōditiōes q̄ debita siue ordinata
dieta dici meret̄ in sequētib⁹ deo
volēte scribem⁹: nō appropriādo
ipsam huic vel illi ꝯplexioni aut
etati: sꝫ hoc iā electi medici iudi-
cio relinq̇m⁹: q̄ sua sapia qd̄ vni-
cuiq̄ ꝯueniēs erit: iubebit offerre
ꝑut regio: natura: tp̄s: anni: ꝯsue
tudo: ⁊ hmōi expetere videbūt̄: q̄
oia cognoscere ⁊ sufficiētissime i-
telligere dꝫ cū dicat Gal. i lib. de
euchimia. Memorari aūt te volo
ſꝫ oēs hmōi tractat⁹: qm̄ neq̄ au
xilioꝝ: neq̄ sanatiuaꝝ dietatio-
nū sciēs erit final'r q̄ materiaꝝ v̄-
tutes certitudināl'r didicit nisi co
gnoscat corpoꝝ nāš qb⁹ hec ad
ducūt̄. Quedā em̄ dēsa sūt ⁊ diffi
cile trāspirabilia. q̄dā v̄o rara ⁊ d̄
facili euacuabilia: ⁊ indigent vti

cibo humidiori. sicciori vero secunda: et illa quidē grossiori: illa autē subtiliori: et illa quidē pauciori: illa vero ampliori: ita autē et quicunq; melancholicū hūt sanguinem: humidis et calidis cōplexiōe indigēt cibis: sicut quicūq; cholericū hūidis et frigidis: quē autē phlegmatici calidis et siccis etc. Demū ꝯcludit. dignosticuz igit esse oportet cū q̄ recte dz vti cibis: ideo perito dirigēte medico iam repto: prout cōuenit vtilis semp erit ad corporis sanitatē refectio sicuti ab īitio p̄sentis capituli intēdebamꝰ ꝺclarare.

¶ Capitulū. xliiij. ostēdit qualiter substātia reficiētiū in bonitate vel malitia cōsiderāda sit ad sanitatem.

Dicamus q̄ p̄ma et principalior rerū circa refectionē considerāda sit bonitas substātie ciborū q̄ si neglecta fuerit nō mō erit inutilis: sz etiā pnitiosa. Malitia em̄ ciborū hanc solita est habere naturā q̄ p spaciū q̄ddā tpis sua celet et occultet nocumēta posterius vero ea manifestissime ostēdat dicēte Gale. x. de iuuamētis mēbroꝝ. c. j. Sicut aial qn̄ famescit inducit illud famis necessitas ad cōcedēdū lutū limū et alia multa mala: ita est in quolibet mēbro qn̄ caret cibo, sibi cōuenięti: iducit ei cibi necessitas naturalis ad attrahēdū humores malos q̄bꝰ nutrit: et iste supfluitates q̄ aggregant in mēbro putrefiūt ꝫm spaciū tpis quousq; adacuentur et calefiāt et habent generare egritudines calidas et febres acutas et alias multas egritudines. Nō est igitur de ꝓpria digestiua: vt nōnulli faciūt confidendū cuz male substātie cibaria comeduntur: quoniā princeps in tertia primi. doc. ij. c. vij. sic inq̄t. Ille i quo mala digerunt nutrientia ob hoc nō decipiat qm̄ post dies in ipso mali generabunt humores egritudines facientes et pnecātes: qꝺ sensit Gal. in primo de alimētis. c. vltimo cū ait. Non oportet negligere pura facere oīa ad esum preparāda cognoscentes quanq; id qꝺ per singulos dies nocumentum nō sentiat propter paruitatem tn̄ congregatur ex ipsis tempore multo et inde manifestuz fit aliqn̄ in scꝺo etiā alimentorū. c. de cucumeribus in fine sic inquit. Ab omnibus abstinere consulo cachochimiis eduliis et si facile digestibilia aliquibꝰ sint latet em̄ tempore multo prauus in venis chimꝰ ex ipsis cōgregatus qui cū coctione modica ad putrefactionē deuenit febres mali moris operat. et ꝓpterea in. c. iij. libri de euchimia et cachochimia ꝯcludit dicēs. Cachochimia cibaria oimodo fugiēda sunt siue grossos siue subtiles operent q̄ in nobis hūores. Et lib. de cura ictericie dixit: q̄ assumere q̄d nociuū ꝓpter delectationē nephādum: q̄ aūt sint hmōi mala cibaria: ipse Gal. exp̄ssit in lib. de dissolutiōe ꝯtinua dicēs. Omnia cibaria q̄ nō tēperata sunt nō generāt sanguinē purū: mundū et clarū. Et cibarioꝝ mali chimi tres sunt spēs: eorum em̄ sunt q̄ addūt in phlegma et eorū q̄ addūt in cholerā: et coꝝ quedā sunt q̄ addūt in cholerā nigrā et opz oēm hoiez dimittere multitudinē eorū et ꝯtinuationē assumptiōis ipsoꝝ: et si digerant ea: et si nō inferāt nocumentū cito: tamē adunant in corpore continuātis acceptationē eorū in lōgo tēpore chimi generātes egritudines malas etc. Et post pauca subiūxit q̄

hmōdi sunt panis factus ex fari-na multi furfuris & frumēti antiq̄ aut farina mali chimi q̄ addit in cholerā nigraz. Et caro pecudis oīs q̄ addit aliq̄d ī phlegma: & caro capre & mltoꝝ annoꝝ oīs caro addit in melācholiā: & silr caro hirci: caro bouis: & hmōi & de mēbris aialiū renes: & cerebrū & oēs vētres & oua cocta ī tegnamine: & case⁹ antiqu⁹ & fungi: & cicera: & lētes: & miliū: & panicū: & pisces duri viscosi: & silr saliti.: & ficus sicce si multe sumant: & pira: & poma: & cucumeres: & cucurbita: & bateca cū malū chimū in stomacho repe riūt: & olera oīa sunt mali chimi ꝑpter mltitudinē sup̄fluitatū in eis & paucitatē nutrimēti: & cepe: & allia: & raphan⁹: & rape: & pastinace: & caules: & his silia q̄b⁹ oīb⁹ abstinere manifestū est dicēte Rasi in .iij. Almā. c. xj. Salu⁹ existit a ciboꝝ hoꝝ malitia q̄ nō eis vtitur: ꝙ si aliquē eis vti ꝯtingat sibi subuenire dʒ cataricū humorē ex eis generatū expellēs sumēdo &c. Qđ et breui⁹ ꝯstrinxit Auicē. in .iij. i. c. superi⁹ alleg. di. In prin. opʒ vt sanitatꝭ ꝯseruator studeat ne cibi ipsi⁹ substātia sit aliqđ nutrimētū medicinaliū sicut olera & fruct⁹ & reliqua ab ipsis: qm̄ subtiliātia sanguinē sunt adurētia & grossa sunt ipsum phlegmaticū faciētia: & corpora grauantia &c. Nō sunt ergo hmōi cibaria male & illaudabilis substātie comedenda. Si tn̄ aliqn̄ ꝑpter necessitatē aut inopiā q̄s alia ab his nō haberet ꝯsilio ꝑncipis Aui. vti dʒ dicētis in .iij. j. Si alicui necessariū fuerit nutriētia comedere mala paucis vicib⁹ & nō frequentibus vtat & cū eis misceat qđ sit ipsis cōtrariū vtputa calida cū frigidis & sicca cū humidis vt infra diffu-sius scribemus: quapropter cibaria male substātie intātum ab autoribus detestata erunt iure merito ab omnibus relinquenda: & ꝑ consequens que bone fuerint substantie & laudabilis chimi erūt ab hoibus eligenda vt ex iam dictis patet manifeste.

¶ Ca. xlv. ostēdit q̄s mod⁹ substātie ciboꝝ eligēdus sit ad sanitatē. s. an grossi vel subtiles cibi sint māducandi: & qui sint huiusmodi declarat.

rib⁹ dimittēde sunt vt tenere fiāt.
Et infra tp̄s limitauit dicens. Si
hiems fuerit carnes ante vnam
diē sint occise: hesternū eīn facili⁹
digestibile ē recēte. Estate vō suf
ficit extincta mane fuisse caro que

tomedi dz circa occasum solis ꝛ in.xvj.c.carūdē iteꝝ ait.volatilia postq̄ꝫ sunt occisa p diē ꝛ noctē di mittanť vt carnes mollienť.ꝛ pre sertim aquatica ꝛ similia duras carnes habētia.Que aūt tenera sunt vt pulli gallinacei ꝛhmōi nō tm̄ temporis requirunt vt patet

¶ Cap.xx. ostēdit naturā ꝛ bonitates carnis gallinacee ꝛ caponum castratorum suorum.

Initiū sermonis de carne volatiliū a gallina videtur rationabiliter esse inchoandū:cū caro ei⁹ sit leuior vł melior:vt alia textus hz litera: oī altera carne auiū:vt di. Ra in.xxiij. cōtinētis.c.cccccij.Dicamus igitur primo de ipsa ꝛ ei⁹ carne cum Auēzoar in lib.j.sui theisir. trac. ix.vij.dist.pullos gallinaceos pruos absolute ceteris carnib⁹ laudabiliores esse dixim⁹.Et in lib. ij.eiusdē trac.iij.c.iij.vt inq̄t. De melioribus cibis est gallina i tasea.Et hali.in.v.theorice.c.xxiij. de ipsa sic scripsit.Oim auiū caro laudabilior excellētiorq̄ꝫ ꝛ velocioris digestionis gallinaꝝ est caro ꝛ pullorū eaꝝ.Qd etiā voluit Isaac cū in li.dict.vniue.c.xvj.sic ait.Caro galline ꝛ galli.s.iuuenis est tēperata:ꝛ ppterea pulli gallinarū leuioris sunt digestiōis ceteris domesticis volatilib⁹:ꝛ laudabilē generāt sanguinē:appetituz ꝯfortāt:ꝛ oib⁹ naturis sunt ꝯuenietes vt idē dixit i pticularib⁹.Et j.subdit.Et laudabiliores sunt pulli masculi canere incipiētes ꝛ intēpata pinguedie existētes.hoc quoq̄ꝫ sensit Princeps in.ij.ca.c. ccciij.sic di.inq̄t Ruffus.galloꝝ melior est ille q̄ nō cātat adhuc ꝛ gallinaꝝ melior est q̄ nōdū parit oua.Et post pauca subiūxit. Caro gallinarū q̄ sunt pulle ī intellectu augmētū efficit.Et q̄ sumpsisse videť Auer.qd scripsit in.v.colliget dicēs.Melior caro ex volatibus est caro galline iuuenis sane ꝛ pinguis.ꝛ hz mirabilē proprietatē in temperādo cōplexionē:et ꝓpterea brodiū suū est optima medicina leprosis: ꝛ diciť q̄ cerebrū galline augmentat substantiā nostri cerebri ꝛ acuit ingeniū.Qd etiā Rasis sensisse vr̄ in iiij.li.suorū aphorismoꝝ cū inq̄t. Pulli gallinarū tēperati digeruntur velociter visui ꝯueniētes: spma augmētantes et sanguinem. Etharus em̄ philosoph⁹ dixit q̄ habēt virtutē calorē innatū vigorādi.et infra subiūxit di.Gal.que nimiū nō sunt antiq̄:nec nimium pingues mirabilis cibus existūt. ꝛ tēperatiores sunt aliis carnib⁹ ꝛ pullis approximāt: nō sunt tñ ita laudabiles:qm̄ Isaac in.p.d. sic ait.gallia min⁹ pullis ē hūida ꝛ ppterea ad pulloꝝ cōparationē digestioni est difficilis:tñ bñ digesta pluris erit nutrimēti.et subdit:q̄ si de ea simplex ius cōficiať erit melior:qꝛ ab aqua aliq̄d humiditatis acq̄rit. vnde stomachi est cōfortatiuū ꝛ multū dat nutrimētū ꝛc.Qd aūt gallina pullis sit minus hūida dať de hoc tale signū in lib. dietarū vniuersaliū dicēs. Quia gallina naturalr̄ siccior est q̄ꝫ pulli:ꝯtraria pullis agit:qꝛ pulli vētrē humectāt:gallina x̄o aliquātulū stringit.Quapropter elixate magis q̄ꝫ assate galline sunt cōedēde.¶ Quid aūt de capōib⁹ dicēdū sit.hoc est q̄ ipsi pl⁹ q̄ꝫ pulli ꝛ galline cōmēdanť:cum dicat Isaac loco superi⁹ allegato.Gall⁹ caponatus plus est laudandus: quia complexio sua in quatuor

qualitatib⁹ est tēperata ꝛ inde nutribilioꝛ ꝛ coitus augmētatioꝛ. In lib. ꝟo. p. d. sic ēt ait. Uolatilia castrata oībus aīalib⁹ ambulantib⁹ sunt vtilioꝛa: necnō galli castrati omnibus volatilib⁹ cōuenientioꝛes: laudabilius em̄ nutrimentū ꝛ pfectū generat sanguinē. ¶ De gallinis ꝟo castratis nihil expssū ab antiqs vsq; modo reperi: sed tantūmodo a Michaele. s. viro singulari q̄ sic de ipīs scripsit. Febricītibus magis cōpetūt galline castrate iuuenes. Nec mireŕ qspiaz de castratura earū: nā de ipsis habeo in domo: ꝛ sine dubio caro earū est albioꝛ ꝛ melioꝛ ꝛ frangibilioꝛ: ꝛ statim fere decoquunŕ: ꝛ tenere fiūt ꝛ esui delectabilissime: rēq; istā expertā scribo. hec ipse. Qđ est verū possibileq; qđ ipse dixit apparet p ꝟba Gal. in. j. đ spermate. c. iiij. q̄ in hoc loco ad ꝯfirmationē p̄dicte opinionis ꝛ experiētie volum⁹ annotare: vt circa id qđ dictū est null⁹ dubitet aliq̄ mō. dixit em̄ Gal. ibidē postq̄ de castratis masculoꝝ ꝟba fecerat: subiūxit. Ita ēt vt feminini aīalis testiculos abscindas: neq; lasciuit vnq̄ neq; adheret masculo grā cōicatiōis venereoꝝ: ꝛ pđit vt vti ꝯdicat ꝗs feminē tatē: femininos nāq; poros abscindit q̄ apđ nos nō solū in asia: sz in singlaꝛ ētib⁹ gētib⁹ vsq; in capadociaz: ꝛ fiunt oēs sicr castrat; masculis sufficiēter ꝛ bone ꝛ pingues: ꝛ delectabilioꝛē carnē hñt alijs feminis: sicut masculi alijs masculis ꝛc. Ga. vbi. s. Et q̄uis tertius noster nō dicat hec q̄b⁹ aīalib⁹ Gal. intendat attamē de gallinis capōatis sonare videŕ. ¶ De carne aūt galli tanq̄ de min⁹ bona dicēdū est: Postremo cū Isaac in lib. de. p. d. sic scribente. Galli iuuenes sunt duriores ad digerēdū minoꝛisq; humiditatis q̄ galline: decrepiti aūt iuuenib⁹ lz molliores ꝛ teneriores sint carnis: tardi tū sunt digestioni. In li. aūt vniuersaliuz. c. xvj. sic inquit. Gall⁹ qꝛ nature calidioꝛis est gallia atq; pullus quādam salsitudinē incliuā caro sua acqrit vnde sit solubilis si vetus sit ꝛ decrepit⁹. inde gal. inq̄t. Galli veteres ꝛ decrepiti cū sale fortiter cocti ꝛ cimino ꝛ aneto ꝛ poꝛris ꝛ semine croci hoꝛtulani hūores phlegmaticos deponūt: ꝛ choleꝛ ce psunt ꝛ doloꝛē stomachi de ventositate grossa inflatiua mitigāt. Hoc quoq; dixerūt Auicē. Serapio et reliq̄ oēs dicētes vno oꝛe. q galli ad medicinā valēt ꝛ nō ad nutrimētū. Et ppterea ꝯcludam⁹ cū Rasi in. iiij. lib. suoꝛū aphoꝛis. sic scribente. Galli veteres digestioni nō sunt cōuenientes: qꝛ humiditate sunt priuati. ꝛ qꝛ nitrositas q̄ in eis existit: putredinē generat. ꝛ in fine supaddidit. Et melius est vt dimittanŕ. ꝛ ita faciam⁹ postq̄ nomen pulli perdidere.

¶ Cap. xcj. ostendit naturam carnuz anatis ꝛ anseris declarando que partes ipsaruz sint eligende.

Anas calidioꝛ est oīb⁹ auib⁹ domesticis: ꝛ dicūt quidā q ipsa calefacit infrigidatū ꝛ facit calefactū possidere febrē. teste principe in. ij. cano. trac. ij. c. xlij. Et. j. dixit. Eius caro tardaŕ in stōacho ꝛ est grauis et ppꝛie caro anseris: sz leuius qđ in ipsa sunt ꝛc. cū aūt digerīŕ caro harū auiū est nutribilioꝛ oīb⁹ carnib⁹ auiū. Et hoc est qđ dixit ēt Serap. in. c. de Bat. autoꝛitate

Gal. Caro anatis ē calida multū nā ego comedi ex ipsa ⁊ calefecit me: ⁊ dedi ex ea calefacto ⁊ calefecit ipm: ⁊ autoritate Abē mesuai subiūxit. Caro anatis hꝫ multam hūiditatem: ⁊ est grauꝭ digestiōis sꝫ clarificat colorē ⁊ vocē et impinguat: ⁊ augmētū facit i spmate: et aufert vētositates: ⁊ qꝛ mollis ē ⁊ vnctuosa grauis ē stomacho ⁊ fortificat corpꝰ ⁊c. Et cā p̄dictoꝝ est: qꝛ in carne anatū dn̄at hūiditas: vt di. Isaac in vlibus. d. c. xvj. Et in particularibꝰ etiā cū ait. Humidior ē ceteris anser: anas: strutio. et p̄cipue si in casula nutriti fuerint: idcirco sunt grossi duriqꝫ ad digerēdū ⁊ maxie si coꝝ pascua sint in lacubꝰ ⁊ sitibꝰ locis. qd̄ testat̄ sui odorꝭ grauitas ac horribilitas saporꝭ. Et ꝓpterea anas: anser: strutio ⁊ similia stomacho sūt nociua: grauāt eī ⁊ putrefaciūt eū ꝓpter sue hūiditatis supfluitatē suiqꝫ labilitatē: sꝫ coꝝ ale dissimiles sūt eis: faciles nāqꝫ sūt ad digerēdū ⁊ lōginq a corruptiōe ꝓ sui laboris motusqꝫ nimietate: ꝓpter hoc ergo nihil ex eis est cōedēdū p̄ter alas ⁊ collū: reliquaꝝ vo partiū caro ipsius anatis est grossi nutrimēti: lꝫ multi et mali chimi vt dixit Auic. in. iij. j. doc. ij. c. vij. Et hoc etiā voluit Almāsor in li. iij. c. ix. dicēs. Anatꝭ caro plures efficit supfluitates: ⁊ plꝰ facit fastidire: e maioris est caliditatis q̄ȝ colūbi nō tn̄ plꝰ nutrit q̄ȝ caro gallinacea. Et idē i li. xxiij. ꝯtinētis. c. ccccccciij. sic ēt inquit. Caro anatꝭ ⁊ strutiōis supabūdātꝭ supfluitatis est: ⁊ difficilis digestiōis: ale tn̄ ipsaꝝ nō minꝰ sunt bone q̄ȝ ale aliarū auiū paruaꝝ. Et infra dixit autoritate Tabri. Caro anatis ē melior alia carne auiū: ⁊ postea subdit. Caro anatis ꝓxima ē carni ouie i hūiditate: tn̄ calidioꝛ est: ⁊ auget carnē ⁊ impiguat. Et q̄ princeps videt̄ accepisse cū ait in ij. cano. c. xlvj. Caro q̄dē anatis ē plurimi nutrimēti: nō tn̄ existit in bonitate nutrimēti gallinaꝝ ⁊ similiū: ⁊ vētres eaꝝ sūt suaues: et epata ipaꝝ sunt bōa suauia in cibo ⁊ boni hūoris. ⁊ p̄ter hoc proprietatē hn̄t priuādi fluxū ex debilitate epatꝭ accidētē: vt indt ra sis in li. iiij. suoꝝ aphorismoꝝ. Et qꝛ dixit Auic. in loco allegato: q̄ caro anatis est vehemētis hūiditatis ⁊ ꝓpinqua in hoc carni ouine: nō in veru dꝫ assari ⁊ cū sale cōdixit suavehemēs hūiditas exsiccet̄: vt supra etiā de mō coquendi pingues carnes dicebamꝰ. ¶ De carne ꝙt anseꝝ nihil reperi i spāli ab antiquis determinatū nisi illud Auic. in. ij. canōis. c. vbi. s̄. dicentis. Caro magnaꝝ auiū ⁊ anseꝝ ⁊ miluoꝝ est grossa: ⁊ ꝓpterea est tarde ⁊ difficilis digestiōis ⁊ ꝓpter hūiditatē eaꝝ superfluā sunt febris generatiue: vt aliq̄ dicunt ex modernis: ꝓ q̄bꝰ facit habliabas in. v. theoric. c. xxiij. dicēs. Anatis ⁊ anseris carnes plurime sunt hūiditatis ⁊ caloris. Et eaꝝ nutrimētū malum: ~~et est multarū~~ superfluitatum cito febres generans. Et que earum iuuenes sunt carnem habent laudabiliorem q̄ȝ parue. Et ideo iuuenes ex eis eligantur: ⁊ assentur: et de ipsis solummodo alas manducemus di. Gal. in li. de euchimia ⁊ cachochimia. c. iiij. Optime sunt gallinaꝝ et anserū ale: sed alie partes anseris dure sunt et indigestibiles ⁊ superfluice: et ꝓpterea dixit idez in li. de subtiliāte dieta. c. viij. Ab occidis: et anseribꝰ et magis strutionibus et ab omnibus similibꝰ abstinere oportet eum cui cure est

subtiliãte dietavti: vniuersa enim
hec.s.pter alas supfluicã hñt car
nẽ ꝛc. Quare exortamur ꝗ̃ descẽtes
ꝛ debilẽ hñtes digestiuam: vt eis
nõ vtant. Reliquos aũt nõ ꝓhibe
mus ab eoꝝ cõestiõe: si tm̃modo
alas vt diximꝰ mãducauerit: ꝛ nõ
oim: sꝫ iuuenũ ꝛ mediocriter pin-
guiũ. Ab esu aũt veterũ ꝛ salitaꝝ
oẽs abstinere cõsulimꝰ: relinquen
do eas ꝑfidis iudeis qui cõtinue
fere vescunt eis: ꝛ inde fit ꝓ ma-
gna ex parte ꝙ melãcholici sint:
mali coloris: nigri et plumbei et
peruersorum morum que proue-
niunt ex prauis humoribus gene
ratis a talibꝰ cibis grossis ꝛ illau
dabilibus quales sunt anseres
saliti ꝛ huiusmodi: quare ꝛc.

¶ Ca.xcij. ostẽdit naturã ꝛ vtilita
tes carnis pulloꝝ colũbarũ: ꝛ no
cumẽta carnis eoꝝ iuuenum.

QUia colũbaꝝ quedã sil
uestres: ꝛ quedã dõesti
ce existũt. Et dõesticaꝝ
quedã nutriunt in do-
mo: et he a vulgaribꝰ
subterrance dicunt: eo ꝙ nidos
suos in terra faciãt: ꝛ aliq̃ in turri
bus siue i colũbarijs nidificãt: de
quibꝰ tm̃mõ sermonẽ facere decre
uimꝰ: ꝛ nihil aliud de siluestribus
dicentes: nisi qđ de eis ait Gal. in
li. de subtilitate dieta cũ inquit in
c.viij. illius. Colũba eñ siluestris
cũ eo ꝙ duriorẽ hꝫ colũbis.s. do-
mesticis et turturibꝰ et perdicibꝰ
carnẽ: digestibilis est ꝛ supfluica.
Et ꝓpterea carnes eaꝝ nõ cõede
mus: potius accipitribꝰ: vt fieri so
let: porrigemꝰ. Et đ domesticis iã
dictis solũmodo dicemus: ꝙ licet
carnes pulloꝝ columbe subtilio-
res sint ꝙ̃ anatum: ꝛ ad digeren-
dum faciliores ex paruitate hũi-
ditatis sue et teneritate carnis
respectu.s. carnis anatũ: vt scri-
psit Isaac.c.xvj.v.di. Tñ in se et
nõ anatibꝰ cõparati pulli colũbi-
ni: et ꝑcipue si i casula nutriti fue
rint: sunt supflue hũiditatis: ꝛ id
circo grossi sunt et duri ad digerẽ
dum. vt idem ait in particularibꝰ
c. de volatilibus. Et post aliqua
subdit. Pulli colũbini calidi sunt
et in cõplexiõe humidi: quãobrẽ
grossum dant nutrimentũ: qđ te-
statur grauitas advolãdum: sed
volare inchoantes amittunt illã
grauitatẽ: fitꝗ eoꝝ caro leuior: ꝛ
ad digerendum acceptabilior: est
etiã cõueniens phlematicã habẽ
tibus cõplexionem: incõueniens
vero cholericis natura et hũidis
et calidis. Hoc etiã voluit Auicẽ.
in.ij.canõis.c.cxxxiiij. dicens. In
pullis columbarũ qui volare nõ
possunt: est caliditas et humidi-
tas superflua: sꝫ ille q̃ volãt sunt
leuiores. Et infra inquit. In pul-
lis est grossitudo ꝓpter humidi-
tatem superfluã: et ideo volãtes
sunt leuiores digestiõis: ꝛ melio-
ris humoris ꝙ̃ pulli. Que vident
fuisse verba Rasis in.xxj. cõtinen
tis.c.ccxxvij. autoritate Mesuedi
centis. Pulli colũbini habent hu
miditatem et caliditatem super-
fluam: ꝛ hac de causa sunt grosse
substantie: et incipientes volare
sunt leuis ꝛ laudabils nutrimẽ-
ti. Et calefacti debẽt ipsos cõcde
re cũ agreste aqua coriãdro ꝛ me
dulla citrulli. Et in li.xxiij. eiusdẽ
c.ccccccij. sic de eis inquit. Dant
pulli colũbaꝝ in cibo illius cuius
corpꝰ euacuatũ fuerat de sangui-
ne: aut infrigiditatũ ex lõgo mor-
bo. Et iterum dixit ꝙ caro corum
est bõa renibus: auget sperma et
sanguinem. Quos imitatus Auer
rois in.v.colliget sic ait. Pulli co-
lumbarum habent humiditatem
superfluã: et significat super hoc

grauitas suoꝝ motuũ: sicut signi ficat calor eoꝝ actualiꝫ ꝛ velocitas digestiõis in stomachis eoꝝ super ipsoꝝ calorẽ. Qđ cũ ita sit q̃d mi-rum si pulli colũbini vehementis sint caliditatis: ꝛ sanguinẽ gene-rent inflãmatũ: et cito febrire fa-ciãt. vt inquit Almãsor in. iij. c. x. Et Isaac in li. dictarum vkium. c. xvj. cũ ait. Pulli columbarum ex multo suo calore sanguinẽ incen dunt maxime siluatici: q꞉ calidio-res sunt et minus humidi: vñ fa-cile in intẽsionẽ cõuertuntur ꝛ in genera cholerica: iđqꝫ antiqui cũ frigidis p̃cipiũt dari: sicut cũ ace tovue acerbe: pomi citrini: portu-laca: lactuca: coriãdro: scariola ꝛ silibus. Sic ergo ipsos p̄parabi-mus: ꝛ presertim cũ dederimꝰ eos calidas habẽtibꝰ cõplexiones: si-cut etiã cũ p̄dictis iussit Auicẽ. in ij. canõis. c. superius allegato di. Et opꝫ q̃dẽ vt calefacti comedãt eos cũ agresta et coriãdro et me-dulla citrulli: qđ accepit a Rasi vbi. s̄. Et q꞉ pulli iã dicti ꝛ p̃cipue illi q̃ in casula nutriti ꝛ in domo dõestici tenenꝛ grossi ꝛ iexercitati ꝛ pleni sup̃fluitatibꝰ exiſtũt: in q̃ꝝ carne dominaꝛ humiditas. teste Isaac vbi supra. iđ reliq̃s sunt pe-iores. Et fuit gal. s̃nia in li. de sub tiliãte dieta. c. viij. dicẽtis. et colũ be q̃ in turribꝰ meliores sunt eis que p̄ꝫ domos. Et subdit: ꝛ vl'iter oĩa q̃ exercitanꝛ nõ exercitatis: et q̃ue sicciorib' cibis vtunꝛ eis que humidioribꝰ: ꝛ q̃ purũ ꝛ subtilem aerẽ respirãt meliora sunt ꝫ riјs. De his ig'r q̃ in domo nascuntur maxime verificatũ est qđ dixit Ra sis vbi supra autoritate Mesue in lib. stomachi dicentis. pulli colũ-bini sunt graues stomacho: ꝛ tar de digestionis: quod etiam infra subiunxit dicens autoritate Bim-masui. Caro columbarum est ca-lidior alia carne auium cum diffi cultate digestiõis ipsius: ꝛ super-abundãtia generationis sangui-nis ꝛ humiditatis: ꝛ ppterea ipsa inducit ad squinãtiam cito: et ob cãm cõestiõis ipsius mortuus fuit quidã Cassisa noie qui in vno die comederat de ipsa assa ter: vt ait Gal. inq̃t ipse. De eis quoqꝫ scri-psit haliabas in. v. theori. c. xxiij. dicens. Columbarum pulli carnẽ habent malam multeqꝫ humidi-tatis: quiqꝫ ex eis generaꝛ san-guis plurimum calidus est et hu midus cite putrefactionis: mor-bos generans sanguineos. Qui autem iam volare incipiunt: mi-norum sunt superfluitatum: pro-suntqꝫ tm̃ his quoruꝫ cõplexiões calefaciẽde sunt. Idẽ quoqꝫ sen-sit princeps in. iij. c. xxxiij. dicens. Corpora pullorum colũbinorum sunt tarde digestiõis ꝛ lõge more in stomacho: qđ nõ nisi ex supflua sue carnis hũiditate ꝯtingit: ꝛ p-pterea reprobãtur magis dome-stici grossi ꝛ subterranei q̃ alij. Et ideo aut oĩno dimittẽdi sunt aut sue superflue humiditati est ob-uiandũ assando ipsos ꝛ desiccan-do: ꝛ preparando eos cum frigi-dis ꝛ siccis: vt supra diximꝰ. Pulli vero siluestrium aut turricenoruꝫ nõ multum pinguium possunt se-curius elixari. hoc itaqꝫ tanq̃ vti le ꝛ necessarium ad sanitatem ob seruetur primo: deinde memoran dum ꝛ obseruandum est secundo vt capita ipsoꝝ abscindanꝛ cum eos interficimus: quoniaꝫ habẽt proprietatem egritudinẽ capitis chronicã generandi. teste Rasi in quarto suoꝝ aphorismoꝝ: ideo sciendũ est qđ ip̄e iussit ibidem di cens. Quare capita eorum cũ in-terficiunꝛ auferri debent: vt co-

rum malicia reprimatur: qd etiã voluit Auẽzoar i li. sui Theisir. tra. ix. c. x. cũ inq̃t. Et ciba eos colũbis siluestrib⁹. i. turricenis: quorum capita et colla sint abscissa. Et in li. ij. eiusdẽ trac. vij. c. xvij. dixit. Cognoscas q in capitib⁹ colũbarum inest pprietas pessima in faciẽdo dolorẽ capitis. Et ppter hoc eyciẽda sunt capita et colla ipsorum inq̃t ipse. His ergo modis electi et pparati pulli columbarum: vt Rasis ait vbi supra: erit cibus mirabilis ad caliditatẽ declinãs et phi dixerũt q in eis est virtus mirabilis: et preceperũt q hi qui parum habent sanguinis: et quibus deficiũt virtutes et calor innatus: debent eos comedere. et ex pprietate sua dolori renum cõferunt: et sanguinẽ tolunt corruptum: et he due res sunt mirabiles. hec ipse. Iuuenes aũt columbas nullo pacto comedam⁹ sue supflue caliditatis rõne cũ dicat Isaac in. c. xvj. dietarum vl'ium. Caro passerum et iuuenũ colũbarum calida est et sicca corrũpens stomachum: et a temperamento longa est. Et in particularibus dietis. Colũbi in iuuentute manẽtes vel trahentes eam dure sunt digestionis: et illaudabile faciunt nutrimentũ: et plurimi nocumenti generatiuũ. Iuuenes itaq sicut tenellos et impennatos nõdum volare potentes fugiemus dimittemusq.

¶ Cap. xciij. ostẽdit naturã carnis pauonũ: et nutrimentũ eius illaudabile fore.

Pauonuz carnes calide sunt et hũide circa scdz vt dicũt moderni: et melãcholici sanguinis generatiue. et difficilis digestiõis neq sũt accipiẽde nisi domui nutriti sint dixit Isaac in lib. vl'iuz dietarum. c. xvj. Qui lz sint nutribiliores anatibus: vt idẽ ait eo in loco: reliq̃s tñ auib⁹ duriores et grauiores sunt sicut et grues: vñ nõ opz mãducare eos in estate nisi mortuos vno die: in hieme vero postq̃ occisi fuerint duob⁹ vel tribus diebus mãserint: sicq mãducentur vt caro eorum fiat tenera. inquit idẽ in particularib⁹. Et hec res ẽ necessaria: qm̃ caro pauõis est durior et difficile digestibilis. vt ait. gal. in. iij. d alimẽtis. c. xviij. et in li. de dissolutiõe cõtinua. Et qd peius est nutrimẽtũ eorum est malũ cũ dicat Rasis in li. xxij. cõtinẽtis c. cccclxxxvij. autoritate Bimmasui. Pauo est male cõplexionis et tarde digestiõis. et Haliabas in. v. Theorice. c. xxiij. Postq̃ de q̃busdã aialib⁹ aquaticis quorum caro ẽ illaudabilis: locut⁹ fuerat: subiunxit. Gruis caro oib⁹ his durior est et digestiõi difficilior: eodẽ mõ et pauonũ caro. Opz aũt oẽs has dimittere carnes duob⁹ aut tribus dieb⁹ postq̃ interfecte sunt: pedibusq auiũ lapides alliges et suspendas vt earum tenerescat caro: sic et in oib⁹ opz q̃rum ẽ dura caro facere auib⁹ et quadrupedib⁹ vt earũ duriciei pellatur nocumẽtũ. Ex quib⁹ satis appet q caro pauonũ reprobatur sil'r cũ his quas dixim⁹. Quapropter in. ij. canõis. c. cxlvj. recte quidem dixit oẽs volucres magne habentes colla longa: vt pauo et miluus: et palumbus dure sunt: et ex eis plurima gñatio est melãcholica: a quo sumpsit Platina cũ inq̃t. Sũt q̃ velint pauonis carnem crassi et modici alimẽti ac difficilis cõcoctiõis esse: melancholiãq augere. Michael etiaz. s. noster accipiẽs ab Haliabate vbi supra sic inq̃t. Remouetur de carnis pauonis nocumẽtũ plurimũ:

si suspendat p collū: ⁊ ad pedes eorꝫ ligent lapides: ⁊ sic teneāt p vnā diē ⁊ noctē: aut p duas: ⁊ q̄dā tenēt eos suspēsos sine pōdere. x. dies. Cōcludit ⁊ ipse postremo. Est tñ caro ei⁹ cib⁹ mal⁹ eis qui vtunt exercitio si p̄paret: ⁊ cū bonis spēbus condiat ⁊ post eius comestionē vinū bonū odoriferū bibat. hec ipe. Nos aūt volum⁹ hec pauca ex modernis accepta subiūgere poti⁹ q̄ ab antiquis pl'a q̄ dicta sint nō inueniētes sic trūcato sermone p̄terire. vt vnusquisq̄ intelligeret q̄ et si p re q̄dammō preciosa caro pauonis habeat: ⁊ nō raro in mensas nobiliū pueniat: illaudabilis tñ ad sanitatez cōseruādā ab oīb⁹ vnamiter pnūcietur vilipendatq̄. quare ⁊c.

¶ Cap. xciij. ostendit naturam carnis perdicuz et vtilitates: ⁊ iuuamenta ipsius ad corporis confortationem.

Diximus supra de volatilib⁹ domesticis: nunc aūt de siluaticis ꝯñr ē dicendū sicut de q̄drupedib⁹ fecimus supra. Et quia perdices q̄ cubugi dicuntur in arabico: nō solum a modernis: sꝫ etiā a priscis autorib⁹ plurimū ꝯmendātur: ab eis igit incipiēdū eē indicauim⁹ ergo q̄ pdix iure merito fuit approbata: eum nutrimentum mediocre licet aliqualiter subtile p̄beat. teste Isa. in lib. dietarum particula. sic scribente. In volatilib⁹ starna ē subtilior pulliq̄ perdicis ⁊ pulli gallinacei: post hec vero perdix fasianus ⁊ gallina: ex q̄ ordine perdicē gallina subtiliorē esse demōstrat ⁊ in. c. xvj. vniuersal'r. dixit. Starne ⁊ perdicis pulli sunt subtiles in tertio gradu subtilitatis. Turturis vero et anatis et coturnicis in scdo. Pauonū vero et gruū in p^rio. Ex quo etiam possumus cōprehēdere q̄ iuuenes perdices sint in secūdo gradu subtilitatis: si eaꝝ pulli sint in tertio. ⁊ pptera dicebat Auic. in. ij. cano. c. clxxxvj. q̄ caro cubugi ē de subtilioribus carnib⁹. ⁊ infra. Caro ei⁹ est leuis ⁊ stringit: augmētū facit in coitu ⁊ ipinguat. Et i. xiiij. iij. c. xxj. iq̄t. Carnes subtiles ⁊ lenis digestiōis sunt caro hedi pdicū ⁊ turturū nō sup̄flue pinguiū: cū tales igit sunt pdices nō imerito Auer. in. v. colliget eas commendauit cuꝫ di. Ex laudabiliori bus carnis volatiliū sunt carnes pdicuz: sꝫ declinant parūper ad frigiditatē ⁊ siccitatē: ⁊ sunt sicut galline deserti et hñt. pprietatez stringēdi vētrē asse et elixe. Que q̄dē fuit snīa Ra. in. iij Alman. c. x. dicentis. Perdicis caro ventrē stringit et multum nutrit: et in li. iiij. suorum apho. ait. Perdicis cibus bonus ad frigiditatē et siccitatē declinās ius carū boni odoris ⁊ bōi saporis natural'r tēpatū existit ad comedēdū sūt apte. Et post pauca subiēxit. Et eaꝝ ꝟt⁹ ē mirabilior: q̄ dixerūt philosophi et ē q: hūiditatē exsiccāt stomachi ⁊ putredinē extrahūt: ⁊ d̄ hoc nō ē dubitatio: maxie tñ si cū si e co pomoꝝ dulciū excoquant. Et sic cocte eua dūt malitiā: ⁊ eaꝝ ꝟtus scd̄a est retētiuā ꝯfortare ꝟtutē. Et i li. xxiiij. ꝯtinētis. c. cccccccciij. sic q̄ꝫ de ipsis ait. Caro perdicis masculi est tenuior carne aliarum auium et velocioris digestionis. Et infra. Caro pullorum pdicis ē leuis ad modū carnis coturnicis: et valet ad fluxū ventris si comedit cū aceto. Et circa finem capi. sic inquit. Caro perdicis masculi calida est ⁊ hūida: inflat: au-

get actū venereū: īpinguat corp⁹ ⁊ calefacit: et auget sāguinē valde ⁊ ꝯueniēs est si ea vtit̄ ꝯualescēs: cui⁹ corp⁹ fuerat infrigidatū et sanguis diminut⁹ ⁊c. Et sic apparet ī dictis ei⁹ manifesta ꝯtradictio in graduatiōe cōplexionis ꝑdicis si ad idē ꝯparauerit: respectu tñ diuersoꝝ nō ē incōueniens ꝙ calida sit ⁊ humida ⁊ frigida ⁊ sicca ꝑdicis caro: si em̄ cōpararet̄ mascul⁹ ad feminā ꝑdicem sic calid⁹ ē ⁊ humidus: si ꝟo ad corp⁹ hoīs temperatum frigide erit et sicce ꝯplexionis vt reliqui sapientes dixere. Jsa. em̄ in. c. xvj. dietarum vniuersalium inquit. Cā constrictionis ventris a perdicibus est siccitas que dñat̄ in carne ipa rum. Et ꝙ ita sit apparet per verba eius eo in loco sic dicētis. Que volatilium ꝯplexionis sicce sunt: nō sunt accipienda nisi domi nutrita fuerit ⁊ crassata: sicut sūt turtures ⁊ ꝑdices. ⁊ hmōi: qꝛ tñ multi sunt nutrimēti vt dictū est. s. et ab Auic. in. ij. cano. c. xlvj. sic scribente. Caro melior volucrum est aldurági ⁊ gallinarū ⁊ subtilior eaꝝ ⁊ nō sūt cū nutrimēto carniū alcubugi id est ꝑdicis: vbi apparet ꝙ prin. plus dicat esse nutrimentū ex carne perdicis q̄ȝ gallinarū. Qꝛ inq̄ȝ sunt multi nutrimēti: ⁊ nō raro ad man⁹ potentū deferunt̄ mortue et nō viue que possint incrassari: vt iussit Jsa. bonū mihi vr̄ esse obseruādū vt elixate poti⁹ q̄ȝ assate vt cōiter fit comedende sint vt ex humiditate aque sua siccitas aliquātulū temperaret̄: nisi corpora comedentiū humida forent et lubrica sup̄flue tūc em̄ conueniētiores sunt assate. Et qꝛ ꝑdicū vita ad. xvj. annos non vr̄ prolongari: vt platina refert: aduertendū ne ex veteribus sint ꝙ nobilibus añponende non sunt: sꝫ ex iunioribus. Que quāto fuerint iuniores: tanto carnꝫ siccitas minor ⁊ ipse ꝯñr laudabiliores. Et ꝓpterea iussit Micha. nr̄ vt eligantur iuuenes pingues dicte pernicones ille em̄ meliores ⁊ saniores esse videntur eo ꝙ ceteris sint temperatiores.

¶ Capi. xcv. oñdit naturā carnium starnorū fasianoꝝ ⁊ similium cum earum iuuamentis.

Cum starne: fasiani: ⁊ ꝑdices sint in natura ꝓpinq̄: vt dixit Baldahac: de eis mihi videt̄ in vno cap̄. scribēduꝫ esse. Et qꝛ de ꝑdicibus vnum superius de per se fecimus capitulū: de reliq̄s in pn̄ti dicendum erit. Sunt ergo q̄dam aīalia que galline siluestres dicuntur: ⁊ ipsas rustici et vulgares q̄dā gallinaceas appellāt: et he multū appropiquāt nature ꝑdicis ⁊ ꝯplexiōi ei⁹: vt Michael nr̄ inquit. aquo tm̄modo de ipsis reperio fuisse factam mentionē. Et iō de eis sufficiat qđ ī ꝑcedēti cap̄. dictum est. ¶ Et ꝓpterea qđdā ꝑdicū gen⁹ qđ vulgares coturnices appellāt: rostrū hñs rubeū ⁊ pedes silr̄. Que tñ aīalia non essent sic dicenda: qm̄ coturnices ꝓprie dicunt̄ ortigie quaquile siue q̄lee: vt pādactaꝝ plus acuit autori: ⁊ silr̄. Simoni ianuensi. Quib⁹ maxime credendū ē cum excellētis doctrine viri fuerint. Sꝫ quorsum hec dicet quispiā cui respondebim⁹ dicētes. ꝙ ea q̄ p̄misim⁹: ad hoc ꝓpositū adduxim⁹ vt ostēderemus hec aīalia non esse illa q̄s antiq̄ starnas nūcupabant: et mirū in moduꝫ ꝯmēdebant: q̄rꝫ cōplexio ponitur temperata. lꝫ

Ruffus cã calidã pnũciauerit: et est gñatiua boni sanginis ⁊ pauce supfluitatis: ⁊ est ꝯualescentibus ⁊ debilib⁹ ⁊ sanis multũ ꝯueniẽs: vt Michael nr̃ retulit. Et ꝙ ipsa apud eũ nõ sit ortigia patet qm̃ aliud spãle de quale fecerat capitl'm: in quo ipsam q̃leam prīmũ vt ita dixerim: blasphemauerat. Et ꝙ hec sit rei ṽitas. s. ꝙ starna nõ sit qualea: apparet etiã p Cõsiliatorẽ sic dicẽtẽ. Sz q2 post starnã subdit Alman. coturnicez: dubitãdum est: q2 vl' eã intelligit auem pdicẽ maiorẽ eiusdem fere coloris cũ rubeis pedib⁹ ⁊ rostro saporis delectabilioris dicta coturnix in italica lingua: ⁊ ita eius audiẽd⁹ est sermo: vl' p hãc intelligit ortigo siue q̃scula: ⁊ tũc cuz nõ accepto: cũ hec sit carniũ volatiliũ deterior fere: hec ipse. Ex q̃bus ẽt dictis pz ꝙ hec auis dicta coturnix a vulgaribus: est magis laudata q̃ pdix: nõ sic starna: sed spẽs pdicis maior. Uidet' aũt ṽisit'e ꝙ starna sit minor pdice dicẽte eodẽ padubanẽsi nr̃o: p starnã põt ĩtelligi aut auis magna velut anser grisea cineritia: cuius caro laudabilis ẽ maxie cũ iuuenis fuerit: vel maneries perdicis parue iuxta tuscos quã moyses vr̃ audire iudeis inquiẽs. Sil'r starne nõ videntur p dño nostro conuenire q2 ventrẽ cõstringũt. Et hec vere vr̃ starna ⁊ non superior velut anser. Ex his que etiã dixit Jsa. in. c. xvj. dicta ꝑ vniuersaliuz cũ ait. Carnes q̃ in calore sunt defecte: et tñ tẽperamẽto attinentes. sunt sicut starni pulli et sil'uz: ad digerendũ sunt velociores ⁊ facile venas penetrãtes: ⁊ cito ĩ sanguinẽ mutabiles ⁊ laudabilẽ sanguinẽ gñantes: oĩ etati et ꝯplexioni congruẽtes: sed tñ ex sue dissolutionis velocitate nõ multaz ṽtutem membris prestãt: vñ ad regendã sanitatem sunt cõuenientes magis q̃ ad cõfortãdũ. Et infra di. ꝙ starni et pdicis pulli sunt subtiles in tertio gradu subtilitatis. Et hoc est qd̃ dicebat Alman. in c. x. li. iij. cum inquit. Starne caro oĩ carne auiũ leuior inuenit': atq3 his q̃ subtili volũt custodiri regimine conuenientior: et postea subiũxit. Et post istã caro coturnicis q̃ est vna species perdicis iam dicta. Scd̃a in bonitate existit que paruã generat supfluitatẽ: ⁊ non multũ calida iudicat' ⁊ est melioris sanguinis generatiua q̃ caro pullorũ ⁊ spermatis augmẽtatiua. Et ꝓsequitur. Perdicis caro istis grossior existẽs ventrẽ stringit et multum nutrit ⁊c. hec ipse.

¶ De fasianis vero quoq3 caro dicit' tẽperata sana ⁊ multũ nutriẽs ⁊ maxime conueniẽs ꝯualescentibus ⁊ extenuatis: cũ mediũ q̃ddã inter pdicẽ ⁊ caponem obtineãt: vt Platina di. non reperio ab antiquis q̃d dictũ aliđ ab eo qd̃ scripsit Concilia. cum ait. Siluestriũ volatiliũ laudabiliores sũt fasiani ad sanitatẽ ⁊ robur: ⁊ fortasis etiã domesticis cũ sint gallinis ꝓpinquissimi ⁊ eiusdẽ speciei fere: sintq3 illis siccioꝝ aeris ac alimẽti et exercitij amplioris: post q̃s sunt pdices: starne ⁊c. Qd̃ videt' accepisse a Ra. in. iiij. lib. suorum aphorismorum sic dicente. Fasianus cib⁹ conueniens laudabilis subtilis ⁊ pullis affinis q̃ ad e∫uz ethicos confortat: ⁊ eos q̃ ab egritudinibus ethici fiunt: et hz proprietatem vigorãdi virtutes que digerũt: ⁊ humores corruptos in stomacho ꝑparat. Et profecto id mihi de ipsis videtur esse concludendum qd̃ noster Michael con-

sulit de his auib⁹ dicēs. Et hi sūt cibi q̄b⁹ nō dn̄t uti sani ut superueniente egritudine aliquid ultra consuetudinem comedāt. q̄re ⁊c.

¶ Capitulum. xcvj. ostendit naturā carniū coturnicū siue qualearū et turturū: ⁊ declarat modum preparationis ipsarum.

Coturnix parua ē auis respectu perdicū et fasianorum: q̄ ortix ⁊ a q̄busdam quaquila dr̄: ut Simō sensit ianuēsis q̄lea vo a vulgarib⁹ appellatur. cuius cōplexio calida est in fine primi usq̄ ad secundum et multe humiditatis et ideo cito corrumpitur ut ptz. Et propterea tam temperatis q̄ distemperatis est cib⁹ incōueniens: et difficilis digestiōis: et p̄parat corpa ad febres et auget eas: ut in sua practica Micha. inquit. qd̄ etiā sensit Platina cū ait. q̄re cum reddit insipida ⁊ mali alimēti habet. Et ppterea Cōci. ait. Ortigo siue quiscula est carnium volatilium deterior fere. Et ideo dr̄ in. ij. cano. q̄ ex comestione carniumi coturnicis timetur tetanus et spasmus: non q̄ comedant elleborum tm̄: s₃ q̄ in substātia earum est hec vtus. Et ista innuit Gal. snia. in. v. c. expositionis sexti capituli epidimie: ut Ra. inquit. in. c. cccccxx. li. xx. dicens. Ego vidi quosdā pati tetanum in musculis ipsorum ex comestione coturnicum: eo q̄ coturnices comedunt elleborum. Et ideo non dn̄t comedi nisi ille que non inueniūt elleborum: ⁊ non debet fieri frequēs sumptio ipsa⁊: qm̄ plēs spasmi sunt tetanum ex frequēti sumptione ipsaru₃. hoc etiam voluit Isa. in. c. xvj. dietarum vniuersa. cū inq̄t. Coturnices ceter. sūt peiores: sicut nec in nutrimēto: neq̄ in digestiōe sunt laudabiles. et ppterea nō sunt accipiēde a sanis: neq̄ ab ifirmis supradicta rōne ⁊c.

¶ Turtures vo: ut Micha. ait calide sunt usq̄ ad scd̄₃ ⁊ sicce: l₃ habeāt humiditatē quādā superfluā et indigestā: eligant tn̄ iuuenes ⁊ pingues: q̄ sm Gal. bonum dāt nutrimentuū: s₃ antique grossum et difficilis digestiōis: et sanguinis melācholici sunt generatiue: q̄re cū pertrāsiuerunt annū nō assumant. Et p̄supposito q̄ iuuenes sint: ut. s. dixim⁹: adhuc illud Gal. preceptū est obseruādū qd̄ posuit in li. de attenuatiua dieta dicentis. Perdix et turtur neq̄ summe duras carnes hn̄t: neq̄ digestibiles: neq̄ cachochimias: s₃ duriores eo⁊ vna die custodiant mortue: si em̄ trāscēdūt faciliter ⁊ fiunt fragiles ⁊ ɔculpabiles omnino: qm̄ benignum corpi exhibēt nutrimētū et viscosum: ⁊ ī medio grossiciei et subtilitatis existunt: qd̄ puto sanis ɔuenire. A q̄ sumpsisse vr̄ Isa. in particu. dietis cū inquit. Preterea oībus auib⁹ turtures sicciores sunt: q̄re nō op₃ eos comedere nisi cum vni. as anni fuerint: et manducētur post occisionem transacto die. Talr em̄ comeste laudabilem gn̄ant sanguinē: mediocrē ve₃ inter grossu₃ ⁊ subtilē. Sic em̄ p̄parate carnes turturū nō supflue pinguiū subtiles sunt ⁊ leuis digestiōis: ut ēt scripsit Auic. in. xiiij. iij. c. xxj. Et sunt cibus conueniens bonos efficiens humores: licet caliditati attineāt: et cōferunt pl⁹ post pullos colūba⁊: et hn̄t virtutem mirabilē ⁊ augmentāt sanguinē in oibus in quib⁹ est paucus: et dicunt philosophi q̄ ppietate sua vigorāt virtutem retentiuam: et in hoc maxime p̄ualent: teste Rasi

in libro.iiij.suorum aphorismoꝝ cuius predicta fuerunt verba. Et preter hec turtures licet declinēt ad caliditatē plusq̄ galline deser ti: habēt tñ mirabilē ꝓprietatē in acuēdo ingeniū vt dixit Auerrois in.v.colliget. Qd̄ accepisse videt̄ a principe in.ij.canonis.c.xxj. de duragi q̄ ē turtur: vt voluit Johānes arculan⁹.c.de epilepsia. ꝛ Simon ianensis similiter. licet Bartholome⁹ de mōtag. in suis cōsilijs crediderit ꝙ esset fasian⁹: predictis tamē magis adhereo. Dixit ergo ibi princeps. Caro duragi.i.turturis in cerebro ꝛ ī intellectu augmētum efficit sicut ēt dixerat Auerrois vbi supra: et postea subiunxit. Caro eius auget sperma ꝛ coituz: ꝛ p hoc dat intelligere quod ipsa sit multū nutritiua ꝛ sanguis augmentatiua: vt rasi placuit loco preallegato. Memorandum est ꝑterea ꝙ cū in carne turturis domineť siccitas: vt dixit Isaac in.v.d.c.xvj. Bonum erit ꝛ vtile ad sanitatem vt in casula incrassent per aliquot dies anteq̄ manducentur vt sua siccitas temperetur iuxta preceptum eiusdez in loco allegato sic scribentis. Que volatilium complexiōis sicce sunt nō sunt accipiende nisi domi nutrite et incrassate sint sicut sunt turtures: perdices: hmōi. et tunc tutius potuerunt assari: si vero macre fuerint tutius eas comedem⁹ elixas: ne forte ipsas naturaliter ꝛ accidētaliter siccas assantes siccitatibus alteram que ab igne siccitatē adcamus.

¶ Ca.xcvij. ostendit naturam carniū strutionis gruis ꝛ aliaꝝ auium aquaticarū duras habentiū carnes declarando quō preparande sint.

Placuit mihi de his oībus ī vno ca. scribere: vt queadmodū ī natura sunt ꝓpinq̄: sic ꝛ sermo de carnib⁹ eaꝝ sit simul. Dicā ergo in ꝓmis de strutionū carne cū Isaac in.c.xvj. dietarū vlium sic scribēte. Caro strutionū ceteris est peior: ꝛ pl⁹ stomachū fatigat. Qd̄ etiam sensit Rasis in.iij.almāsoris.c.x.di. Strutiōis caro oibus grossior iudicať ꝛ ꝓpterea caro eius nō assumať. Gruis aūt caro frigida est ꝛ sicca dura ad digerendum ꝛ mali sanguinis generatiua: vt inq̄t Michael noster: cui cōsonat platina dicens. Ex his cibaria quouis mō cocta tarde coquunť attrabilē.i. melācholiā augēt ꝛ re cremēti in se q̄ alimēti plus habēt: vñ fit ꝙ caro gruis aut oīno pretermittēda est aut prius preparāda vt de carne pauonū supra dixim⁹. Que fuit sñia Rasis in li.xxiij.cōtinentis.c.ccccccciij. sic scribētis. Caro gruis est musculosa et villosa: iō nō dz cōedi nisi post dies plures sue mactatiōis. de carne autē ciconiarum ꝛ cignoꝝ similiū que vt plurimū ī paludib⁹ ꝛ lacub⁹ habitant dicēdum est cū Isaac in li.p.d. ꝙ nō sunt eque bone sicut aues terrestria loca incolētes. Qd̄ etiā voluit in vniuersalibus cum ait. Omnia volatilia paludes inhabitātia carne sunt neruosa grossa ꝛ ad digerenduz dura: sz tñ bene digesta multū nutritiua: ad dissoluendū de mēbris dura: et iō machinādū est ad mollificādū carnes eoꝝ neq̄ annum transeuntia sunt comedēda. Quod sensit Auicē.in secundo canōis.c.cxlvj. cum ait. Oēs volucres magne aquatice ꝛ hñtes colla lōga: coꝝ plurima gñatio est melancholica: et

infra dixit. Caro auiũ aquaticarũ est vehemẽtis humiditatis. s. accidẽtalis ꝛ plurime siccitatis substãtialis. Et ꝓpterea caro magnarũ auiũ facit euenire febres quartanas. Almãsor quoqꝫ in. c. x. libri tertij sic iqt. Caro sisonis ꝛ aliarũ auiũ siluestriũ quãto maiori participãt rubedine ꝛ nigredine tãto sanguini melancholico propinquior videt̃. Que aũt illaꝝ malũ hñt odorẽ est sanguinis generatiua deterioris. Ideoqꝫ nullo mõ comedi debet. Vt subdit. Uolatiliũ aũt caro in fluminibus vel lacubus morantiũ: multaꝝ est superfluitatũ effectiuaq̃ si malũ hꝫ odorẽ deterior iudicat̃: nõ sunt itaqꝫ hmõi carnes assumende q̃ꝫuis in tpe hiemis aues aq̃tice i magna copia reperiant̃ Uenetijs ꝛ in q̃buslibet alijs ciuitatib⁹ mari ꝓpinquis ꝛ lacubus: si quis tñ eas oĩno mãducare voluerit: machinet̃ pri⁹ ad mollificandũ carnes eaꝝ ꝛ nõ omniũ: sed iuuenũ tãtũmodo: q̃ annũ nõ trãscenderint: vt dixit Isaac vbi. s̃. Mollificant̃ aũt ꝛ tenere fiũt carnes haꝝ volatiliũ si mortue fuerit ꝑ duos dies vl̃ circa vt placuit Rasi vt diximus ꝛ Auẽzoar i suo Theisir. c. j. dicẽti. Caro q̃ ẽ ex aialib⁹ habentib⁹ duras carnes velut sũt turtures grues: anates siluestres ꝛ similia comedi dꝫ post necationẽ ipsorũ duodeciꝫ horis ĩ hieme. estate vero septẽ horis: mihi tñ magis placet ꝓ regiõe ista q̃ frigida ẽ: istud qd̃ voluit Isaac in. c. xviij. dictarũ vniuersaliũ cuꝫ inquit. Uolatilia postq̃ꝫ sunt occisa per diẽ ꝛ noctẽ dimittant̃ vt carnes emolliant̃. ꝛ subdit: ꝛ p̃sertim aquatica sic dimittãtur. ꝛ infra autoritate Gal̃. sic ẽt ait. Que aĩaliũ vel terre nascentiũ recẽtiora sunt q̃ꝫ opꝫ: aut nõ maturata quãtũ cõueniat aliquãdiu reseruata: sicca coꝝ tenerãtur ꝛ mollia ipsorũ indurant̃ ꝛ cruda maturant̃ sicqꝫ velociter digerunt̃. ꝛ infra subiũxit. palaꝫ fit nos nõ debere nutriri carne natural̃r dura et sicca: neqꝫ inhabitãtibus paludosa loca: nisi cũ ante duos dies sint occisa vt sue carnes mollescãt ꝛ facile digerant̃. Que fuit gal. s̃nia i. li. de subtiliã tedieta. c. viij. dicẽtis. Opꝫ aũt nõ recentẽ sꝫ suspendẽdo die vna ad min⁹ ita comedere nõ turturẽ solã sꝫ etiã perdicẽ ꝛ alia oĩa q̃ moderare siccam habẽt carnem. Si aũt volatilia aquatica q̃ dictis a Galeno sũt durioris carnis viua caperent̃ cuꝫ retib⁹ aut aliq̃ alio hmõi istrumẽto: nõ sũt subito occidẽda: vt venatores faciũt: sꝫ sic p̃parãda vt docet Isaac in. c. xix. libri p̃allegati sic dicẽs. Si durorũ aĩaliũ carnes sunt coquinãde anteq̃ꝫ occidant̃ multũ fatigent̃: vt ita carnes dure tenerent̃: indigeste vero ꝛ dure nature: sicut seniorib⁹ ꝛ egrotãtib⁹ si grosse carnes dent̃ ad comedẽdũ ꝯberent̃ ꝛ cũ pauco sale tymo q̃qꝫ ꝛ calamẽto in aq̃ apponant̃ ꝛ aliquandiu dimittantur: sicqꝫ tandem nimium lote coquentur ꝛc.

¶ Cap. xcviij. ostẽdit naturam carniũ turdoꝝ meruloꝝ passeruꝫ ꝛ ceterũ minutarũ auium.

CUm species paruarum auiũ sint ferme infinite q̃s liber posset de naturis oĩꝫ et ꝓprietatibus singularum doctrinã cõprehẽderet q̃s vel calam⁹ posset id scribere? null⁹ profecto. Et ob hanc causam prisci omnes et sapientissimi medici non ausi sunt hanc tantam prouinciam agredi

sz vnusquisq eorꝝ cōtētus fuit vel le de his oib⁹ in vniuersali tm̄mō facere sermonē: quos etiā in hac parte: sicut ⁊ in ceteris nos imita bimur: ⁊ de ipsis paruis volatili- bus in vno tantū. c. scribem⁹ colli gētes q̄cq̄d boni d̄ hac materia di ctū ab antiquis inuenerim⁹: sed an̄ nonnulla a modernis sumpta p̄ponam⁹ dicētes cū aliq̄ p̄ri⁹ sic scribēte. Ficedularū: carduelium̄e liq̄rūq auiū minutarū caro si pin gues sint ⁊ iuuenes: mō nō nidifi cēt boni alimēti ē. Et subdit. Ab sit tn̄ a patinis n̄ris passer: q̄ esui sumpt⁹ ob nimiā caliditatē male alit: difficulter cōcoquit̄: ⁊ libidi- nē excitat. Michael aūt noster de turdis ⁊ merulis loquēs autori- tate Jesu medici sic iq̄t. Turdo- rū ⁊ merulorꝝ carnes sūt calide ⁊ sicce i fine p̄mi vsq ad p̄mū secūdi. Et subiūxit. Eligant̄ pin- gues ⁊ capti cū laqueo vl̄ retibus vt dixit Baldahac: q̄busdā pla- cuit q̄ meliores sint q̄ cū aue ca- piunt̄ sunt difficilis digestiōis ⁊c. Et postea dixit q̄ meruli sunt tur dis meliores. Demū loquēs d̄ vo latilib⁹ minutis sic ait. Auiū par uarū aliarꝝ a passerib⁹ carnes de clināt ad caliditatē ⁊ siccitatē sz pl⁹ ad siccitatē. Et iō eligant̄ pin gues: qm̄ iuuenes sūt ⁊ earꝝ caro est laudabilis multū ⁊ laudabile gn̄ant nutrimētū: facile digerit̄ ⁊ cōualescētibus sana. Que quidē fuit gal. sn̄ia in octauo de ingenio sanitatꝫ. c. ii. dicētis. Ex volatilib⁹ optime q̄dē sunt p̄dices simul cū mōtanis oib⁹ passerib⁹. Deinceps aūt gallie fasiani ⁊c. Quē textū sic exponit Cōciliator. p̄ passeres aūt p̄missos audio aues minutas ⁊ nō passeres vere dictos q̄ calidissimi sūt ⁊ luxuriā incitātes. De passe rib⁹ aūt vere dictis q̄ calidi sint vsq ad tertiū ⁊ sicci fere i eodē di xim⁹ q̄ nō solū moderni verūetiā antiq̄ patres carnes ipsorꝝ vitu- perarūt. Dixit em̄ haliabas de ipsis i. v. theorice. c. xxiij. passerū ⁊ colūbarū agrestiū caro dura est ⁊ ad digerēdū grauis maliq̄ cibi ex q̄bus generat̄ sanguis calid⁹ et siccus. ⁊ post pauca subiunxit. Opz aūt passeres in domo sagi- natos oino cauere: gn̄at⁹ etem̄ ex eis sanguis pessim⁹ est. A q̄ sum- p̄sisse videt̄ Jsaac in libro parti- culariū dietarꝝ cū ait. Calidiores oib⁹ auib⁹ passeres sunt: ⁊ pl⁹ q̄ alie parue aues stiptici ⁊ pl⁹ etiā sanguinis incēsiui. ⁊ in libro vni- uersaliū dietarū. c. xvj. sic etiā de eis iquit. Caro passerū ⁊ iuuenū colūbarꝝ calida ē ⁊ sicca corrum- pēs stomachū ⁊ a tēperamēto lō ge ē. ⁊ iterū in eodē. c. dixit. Que volatiliū calida sūt ⁊ sicca nō se- pe sunt accipiēda: ⁊ maxie passe res: natura em̄ sunt calefaciētes ⁊ i fumositatē ⁊ cholerā rubeā cō uertibiles: ⁊ p̄cipue siluatici ⁊ ma cri: q̄r digestionē desiccāt ⁊ vētrē cōstipāt. qd̄ ēt voluit Auerrois in quito colliget dicēs. Passeres sunt oēs calide ⁊ sicce in fine calo ris. Et ifra sic quoq ait. Strunel li q̄ dicunt̄ azuri sūt calidi ⁊ sicci ⁊ graues ad digerēdū ⁊ grosse na ture: ⁊ iō P̄nceps in secūdo ca- nō. c. cxlvj. sic inq̄t. Et passe res oēs male sūt: ⁊ hoc q̄r caro earū calidissima ē luxuriāq cōmouet. ⁊c. et est Almā. in libro tertio. cap. x. hec nāq auis: vt P̄latina refert minime vite ē: ita falacissime. Ma res em̄ negant̄ anno diuti⁹ dura re: qd̄ p̄pter coitus multitudinē atq frequētiā euenit: lz ipse non dicat. Fuit em̄ hec sententia phi- losophi: vt refert Auerrois in cā- ticorum Auic. cō. cvj. sic di. Non

solū hoc dicim⁹ q̄ꝫ mult⁹ coit⁹ debilitat corpus q̄nimo ꝙ diminuat ⁊ abbreuiet valde vitā: facitꝗ eā valde breuiter ⁊ celeriter terminare. Aristot. eīm asseruit qꝺ aialia mltiplici coit⁹ sunt breuioris vite: ꝓbās hoc ⁊ cōfirmās ex passeribus q̄ nō viuūt nisi ꝑ annū solū. inducēs sup hoc ꝓbationē qm̄ nō appet nigredo sup guttur illoꝝ q̄ vident̄ i autūno q̄ quidē nigredo significat sup senes eoruꝫ ⁊c. Carnes ergo ipsorum fugiemus.

Capitu. xcix. ostendit naturam manifestaꝝ partiū aialiū: declarādo q̄ sint eligibiliores et magis facientes ad sanitateꝫ.

Intellect⁹ noster q̄ naturalr̄ scire desiderat vt ab Aristo. i ꝓhemio methaphysice colligi pōt nō solū ex cognitione bonaꝝ ⁊ malaꝝ carniū cōtentus remanet: sꝫ vltra cupit intelligere: quaꝝ etiā partiū aialiū laudabilior sit ad sanitatē. Et ꝓpterea dicendū est de hac materia ꝙ ꝑticulaꝝ aialis q̄dā sunt manifeste: ⁊ aliq̄ occulte. De primis igit̄: dicim⁹: q̄ duplices sunt. s. exteriores ⁊ interiores. Qꝺ si eas voluerim⁹ cōparare adinuicē ꝑ quāto faciāt ad sanitatē: tūc habebim⁹ dicere ꝙ exteriores magis approbent̄ scꝫ Jsaac sniaꝫ i. c. xv. dietarū vniuersaliū sic scribētis. Partes aialiū q̄ exteri⁹ sunt in medio corpe meliores sunt interiorib⁹: q: ex vicinitate pororū corpis q̄bus sudor ⁊ fum⁹ dissoluit̄: ide aleuiāt̄ ⁊ suportant̄: ⁊ ad digerēdū faciliores efficiunt̄: iteriores vero eꝯ̄rio. Et in li. ꝑticulariū sic inq̄t. Membroꝝ q̄dā sunt mediocria q̄ cuti ⁊ ossib⁹ vicinant̄: ⁊ sunt teneri oris carnis miniorisꝗ piguedinis: sunt ēt sapidiora ⁊ digestibiliora duob⁹ modis. Un⁹ ꝑꝑ multā substātie ei⁹ dissolutionē q̄ egredit̄ ꝑ poros cutis cū sudore. Ali⁹ ꝑꝑ collisionē: q̄ fit ex ossib⁹ ea cōfricātib⁹ mēbra aūt a cute ⁊ ossib⁹ remota grossiorē h̄nt carnē mltēꝗ piguedinis: idcirco sunt indigestibilia ⁊ isipida: ⁊ copiā malorū chimorū gn̄antia ꝓpter duas res. Una ꝙ vijs sunt vicina ꝑ q̄s humoꝝ feces expellunt̄. Alia ꝓpter lōginquitatē poroꝝ cutis ꝑ quos sue hūiditatꝫ supfluitas nequit egredi. Alia ꝑꝑ ossiū absentiam vñ tenera fieri: neꝗ collidi pn̄t: iōꝗ venter ⁊ intestina: ⁊ silia sunt grossiora et male nutribilia. Cū aūt mēbra apparētia subdiuidant̄ in anteriora ⁊ posteriora. Si q̄s peteret an anteriora sint posteriorib⁹ meliora. vl̄ vt dicem⁹ cū Jsaac in li. dietaꝝ vniuersaliū c. p̄allegato dicēte: partes anteriores animaliū posterioribus sunt meliores tribus ex causis. Una quia nutriunt̄ sanguine mūdificato in corde: ideo pect⁹ ⁊ ipsum circūstātia ceteris membris in cibo sunt meliora. Secunda quia pect⁹ ⁊ voce flatu semꝑ mouet̄: ⁊ iō caro sua leuigatur. Tertia q: in pectore cor moratur quod est fundamentū caloris naturalis. ⁊ i. c. xvj. eiusdē dixit. Partes vicine spatulis ⁊ costis ex suo motu saporosiores et digestibiliores existunt Que fuit etiā Rasis snīa in iij. Almansoris. c. xj. sic dicentis. Aialia anteriora leuiora sunt et calidiora: posteriora vero grauiora sunt et frigidiora ⁊c. Querenti autē an dextra sint membris sinistris saniora respondet Jsaac in quinto. c. xv. dicēs. Partes aialiū q̄ in ꝑte dextra vicine sunt fundamēto caloris naturalis scꝫ epati

⁊ felli. idē leuiores ⁊ ad digerēdū faciliores. De sinistra vō parte cō trarie qꝛ spleni sunt vicine. Et in particularib⁹ sic ait. Mēbra em̄ dextre partis meliora sunt his q̄ in sinistra sunt ꝑpter vicinitatem epatis: qđ est naturalis calorꝫ fun damentū: fortiorem em̄ actionem hꝫ circa loca vicina q̄꜔ circa remo ta. hoc ēt sensit Princeps in. ij. ca no. i. c. cxlvj. cū ait. Et dextra q̄dē leuior est ⁊ melior sinistra. Mem brorū quoq꜔ diuersitas reperitur fm̄ sitū non pauca. Quedā enim sunt p̄ncipalib⁹ ꝓpiqua: q̄dā vō remota. Mēbra nāq꜔ iter cerebrū ⁊ cor existentia calori vicina natu rali: sunt boni saporis: digestio niq꜔ facilia: ⁊ bonū nutrimentum generantia ꝑpter duas res. Una pro vicinitate caloris naturalis superfluitates sui nutrimēti puri ficātis. Scdāꝫ qꝛ bene bonoq꜔ sā guine cordis ⁊ epatis sunt nutri ta. Mēbra vero q̄ caude sunt vici na: ⁊ a calore naturali lōginqua: duriora sunt ⁊ indigestibiliora mi nusq꜔ saporosiora. Quod fit duo bus modis. Primo ꝑpter calorē naturalē ab eis remotū. Scdo qꝛ fuerūt nutrita sanguine male in epate cocto. Mēbra vero iter hec mediocria: sunt scdm̄ vtrūq꜔ ex tremitate͂s sibi vicinātes. de eis em̄ q̄litates accipiūt ⁊c. hec ipse.

¶ Cap. c. ostēdit naturā mēbro rū valde carnosorū declarādo q̄ meliora sint ex eis.

Embrorū q̄dā sunt ideo carnosa vt car nes ipsa tātūmodo esse videāt. Quorū pticulas qꝛ aut si ne ossib⁹ sint: aut cū modicis: vnusquisq꜔ emptor expo stulat nesciēs q̄ vt plurimū par tes aialiū a deo pulpose sūt ipso rū nates. Quarū carnes lꝫ sapori te sint ⁊ vnctuose: vt dixit Isaac ⁊ calide ⁊ humide teste Auicē. in ij. cano. c. cxlvj. sunt tn̄ illaudabi les: vt voluit ibi princeps cū ait. Caro yliorū ⁊ natiū deterior est carne pigui: ⁊ est mala i digestiōe ⁊ nutrimēta: qꝛ est calidior ⁊ gros sior pinguedine. Cui⁹ quidē cau sa potest esse: qꝛ sunt mēbra quie scētia ⁊ humiditatib⁹ plena: que vituperantur ab Isaac in lib. par ticulariū dictarū cōtraria appro bādo. cū ait. Mēbra que sunt mo bilia ⁊ modicū humiditatis hn̄t: sunt saporosiora facileq꜔ dige stibilia. Cōtraria aūt sunt cōtra rie se hn̄tia. ⁊ hoc hāc cām lacer tose partes aialiū approbant vt coxe crura ⁊ hmōi. Carnes em̄ co xaꝝ saporate laudabilis sunt nu trimēti ⁊ cito digestibiles: vt inq̄t Isaac i. c. xvj. d. v. Silr etiā lacer ti: qꝛ sint mēbra multū mobilia ⁊ parū humoris habētia: ⁊ iō sunt bn̄ digestibiles vt idē ait in par ticularib⁹. Qđ tn̄ pri⁹ in. xv. c. vni uersaliū dixerat his vbis. Mēbra iter durū ⁊ molle media sicut ca ro lacerti caro pinguedieꝫ nuda sunt tēperatissima in q̄tuor q̄lita tib⁹: ⁊ iō ceteris mēbris sunt tēpe ratiora: ⁊ ad digerēdū velociora: ⁊ ad penetrādū venas faciliora: ⁊ ad cōfortādū corp⁹ laudabilio ra. Et in. c. xvj. eiusdem sic quoq꜔ inq̄t. Carnes lacertorū ⁊ pingue dine nude sunt tēperate. ⁊ infra subdit. Carnes lacertoꝝ ⁊ maxie extremitates eoꝝ sunt ceterꝫ car nib⁹ laudabiliores ꝑpter nimiū motū. Si tn̄ musculi mlta ac plu rima eēnt repleti pinguedie: san guinē mlta habūdātē hūiditate multasq꜔ gn̄antē supfluitates effi ciūt: quēadmodū caro sine pigue die rubea. s. sāguis sicci est gn̄ati

na paucas faciẽs superfluitates: minoris, tñ est nutrimẽti: sicut caro q̃ est inter pinguẽ ⁊ macrã sanguinẽ generat tẽperatũ. vt dixit Almãsor in. iij. li. c. x. Talis itaq̃ caro eligat: q̃ mobiliũ sit mẽbrorũ in macie ⁊ pinguedine tẽperatoꝝ: anterioris ⁊ dextre partis a ꝓncipalibꝰ mẽbris nõ remota: vt supra diximꝰ. Et iõ ꝯcludẽdo presens caplm dicemꝰ ꝙ ꝓ conclõne huiꝰ materie illud Isaac p̃ceptũ in ꝑticularibꝰ dietis est obseruandũ dicẽtis. Mẽbra mediocritatẽ habẽtia eligẽda sunt ad sanitatẽ tuẽdã sicut caro pinguedie nuda q̃ sũt tẽperatiora ⁊ saporosiora: ⁊ digestiõi faciliora: ⁊ laudabilẽ sãguinẽ generãtia: maxie si fuerint de aĩalibꝰ tẽperatas cõplexiões habẽtibus sicut sunt heduli: vituli lactentes: ⁊ iuuenes porci: ⁊ pecudes itidẽ iuuenes. s. annuales agni ⁊ similiũ. hec ipse quare ⁊c.

¶ Capitulũ. cj. ostẽdit q̃ ꝑtes de exterioribꝰ volatiliũ sint eligende magis ⁊ saniores.

stomachi: & nō dimittit quiescere:
ideo de leui ꝓuocat vomitū & atte
nuat sensus. Et infra autoritate
Ruffi subdit. Radix cōfert i phle
gmate: excitat vomitū: nocet capi
ti: oculis: dentib9: & palato. Et di.
in alio lib. ꝙ sit tarde digestiōis:
inflat ventrē: multiplicat phlegma
& calefacit. Et dixit in lib. regimi
nis. Radix bona ē qđ phlegma: &
volentē euacuare id qđ i supiori
bus ptib9 vētris fuerit: tñ mala ē
oculis: dentib9 & gutturi. Et Joan
niti9 inqt: ꝙ hoc est ex cā malicie
substātie putrefactiue q̄ ē in ea: q̄
de re cōcludēdū est ꝙ via cibi ne
quaq̄ raphano sit vtēdū: vt ex iā
dictis patuit manifeste: nec etiam
ante cibū: sꝫ tātūmodo post cibū
qñq̄ ratiōe medicine. Et ꝙ ita sit
apparet p Gal. in lib. de subtiliāte
dieta. c. ix. sic dicēte. Gustādū ē ra
dices solas calidas & acres sicut
allij & ceparū & raphāidas: & has
vt pharmacum magis q̄ cibum:
nec etiam sic simpliciter: sed post
comestionē: vt diximus. quare &c.

¶ Ca. clxi. ponit cōditiōes at
tēdēdas circa semina seu legu
mina q̄ p ferculis accipiuntur.

Quemadmodum su
perius ꝓmiseram9
velle dicere de semi
nibus & legumini
bus que sunt in vsu
postq̄ de radicib9
fuissemus locuti: sic in p̄sentia de
ipsis agemus: ostendentes prius
q̄ ad specialia descendam9 quas
debeāt habere cōditiōes semina
& legumina que comedi debēt: vt
bona & laudabilia ab eis opposi
tis scire distinguere valeam9. Di
camus ergo ꝙ grana seu semina
ad sanitatē laudabilia: nō debēt
esse noua nec etiā inueterata sed
mediū tenētia vt sunt illa q̄ post
sex menses sunt collecta vsq̄ ad
annū vel circa durātia scđꝫ Isaac
determinationem in vniuersalib9
dietis. c. xxiiij. dicentis. Granorū
nouorum ante septē menses nu
trimenta grossa sunt & viscosa ad
dissoluendum dura: sed tamē cū
bene digesta sunt multū dant nu
trimentum et tarde dissolubile a
mēbris. Et postea subiūxit Grana
vero inueterata sed nō corrupta.
in nutrimento sunt meliora: et a
membris dissoluendum facilia:
ideoq̄ in sanitate custodiēda me
liora sunt q̄ ad mēbra confortan
da. Inueterata vero magis quā
opꝫ sunt illaudabilia: qñ aūt in
ueterata dici debeāt: intelligatur
qñ sua naturalis hūiditas exsic
cata & finita fuerit: & tunc minime
mollificantur in aqua cū velut la
pides existant: & vt plurimū sup
natāt eo ꝙ nihil recipiūt humidi
tatis aq̄: quo facta grauiora pos
sint descēdere. Silr si dura forēt
naturaliter semina: ita ꝙ nō mol
lescāt reprobanda sunt & si anti
quata nō fuerit: qm̄ iā dictis sunt
silia & p ꝯñs minime accipiēda di
cente Isaac vbi supra. Si grana
vel semina vel q̄libet sicca ꝓbare
volueris: infunde infundenda in
aq̄s: q̄ si velociter inflant & duri
tiem amittūt suam: laudabiliora
sunt nō obedientibus. Uelocitas
eñ mutatiōis signū ē pfecte actio
nis naturalis caloris in coctione
sui dum in origine sua fiunt. Que
autem in grana in sua duritie et

siccitate coctar elixa vel infusa p̄māserint: sup̄fluitates humorum grossoꝝ ⁊ viscosoꝝ se habere insinuunt: in q̄bus subtiliandis ⁊ digerēdis natura deficit. Que fuit Gal. s̄nia in libro de euchimia ⁊ cachochimia dicētꝫ. Legumia ⁊ fructꝰ sicci siue semina q̄ comedunt̄: si i aq̄ ĩfusa nō eleuabūt̄: ⁊ mollia facta nō fuerint sꝫ retinētia pristinā duritiē peiora sunt oībus ⁊ ad significationē ⁊ ad digestionē: cōtraria ꝟo oībꝰ meliora. Debēt p̄terea grana seu semina q̄ mādu cant̄ hāc ēt habere ꝯditionem. s. vti nullū odorē aut saporē malū habeāt: nec aliq̄ mala sint affecta qualitate: vt sensit Isaac vbi. s. cū ait. Quecunq̧ grana in odore pessima vel in sapore sunt abominabilia nutrimēta eoꝝ sunt abhorrēda: qđ etiā ex ꝟbis Auicēne colligi pōt i. iij. j. doctrina. ij c. vij. Et ex verbo illo opꝫ. qđ cibꝰ sit talis q̄le triticū ab extrancis rebus purgatū: qđ ex messe sana fuerit collectū: cui nullū accidit nocumētū ⁊c. et sicut de tritico expressit: sic implicite et de alijs granis q̄ comedunt̄ dedit intelligere. s. de farre: spelta: panico: milio: fabis ⁊ ceteris talibꝰ de q̄bus. ĩ. dicemꝰ. Reliquas autē conditiones circa vnūquodq̧ obseruandas: suis in locis dño ꝯcedēte scribemꝰ. eūdē seruātes alphabeti ordinē ne diu in querēdo laboret q̄ naturam et proprietates alicuiꝰ rei inuenire desiderabit: quare ⁊c.

¶ Cap. clxij. ostendit naturam et proprietates ciceris albi et rubei in via nutrimēti.

Cum grana ⁊ semina in duplici differentia reperiātur: quedā em̄ p̄ cibis: aliqua vero pro cōdimētis ciboꝝ vtātur: quēadmodū sunt anisum: feniculū: piper: ⁊ h̄mōi: de quibus impresentiaꝝ nō intēdimus. Sꝫ de eis tm̄ que pro cibis mādu cātur: de illis aūt posterius dicemꝰ cū de ꝯdimētis sermonē faciemꝰ. A cicere itaq̧ incipiamus: cū ante ipsuꝫ nullū leguminū a p̄cedētibꝰ literis inchoare inueniamꝰ. dicētes cū Auerro. in. v. colliget. Cicera sunt temperate calida et humida: ⁊ habēt inflatione: ⁊ propterea tertia eoꝝ operationē habent generare sperma: ⁊ prouocare vrinā ⁊ menstrua: ⁊ frangūt lapidē: sed hoc faciūt plus nigra q̄ alba: ⁊ si comedunt̄ recētia generāt in stomacho ⁊ in itestinis multas superfluitates: ⁊ sunt duriora ad digerēdū nisi primo essent infusa: ⁊ habēt proprietatē faciēdi bonū calorē ⁊ hoc faciūt q̄ acuūt calorē ita vt generet̄ spiritꝰ ventosus: ⁊ p̄ hāc viā valēt coitui. Sꝫ haliab. in. v. Theorice. c. xv. sic de eis inquit. Cicer calidū est et siccū: ⁊ in eo est humiditas quedā ⁊ vētositas: ⁊ inflatio: vn̄ ⁊ sperma generat: ⁊ coitus appetitū: lac auget ⁊c. Qđ ēt videt̄ voluisse Princeps in. ij. cano. c. cxxxij. sic dicens. Cicer album est calidū ⁊ siccū in primo: ⁊ nigrum est fortius. Ambo sunt inflatiua et lentiua: ⁊ in ipso est incisio. Et nutrimentū qđ prebet: est fortius nutrimēto fabaꝝ ⁊ magis solidū. neq̧ est aliq̄d in suis figuris qđ magis ipso nutriat pulmonē. Et qđ ex ipso est humidū plus est generatiuū sup̄fluitatū q̄ ex eo qđ siccū est. Et ĩfra subdit. Clarificat vocē: ⁊ nutrit pulmonē melius q̄ res aliqua. Et i calce cap̄li sic ait autoritate hippocrat. In cicere sunt due substātie: q̄ separant̄ cū decoctiōe. Quaꝝ vna est falsa et

lenit naturã: ⁊ altera est dulcis et prouocat vrinã: ⁊ dulcedo in ipso est īflatiua ⁊ excitat coitũ. Idē q̄z sensit Isaac in particularibus dietis cũ ait. Cicer est multi nutrimēti: vētrem humectat: vrinã mouet mēstrua ꝓuocat: vētositatē creat ⁊ īflationē: idcirco sperma auget coitũq̄ꝫ ꝯfortat. Cicer aũt album calidũ ē i ꝑrio: ⁊ humidũ i medio ꝓpterea nutrimētũ ei⁹ maius est q̄ꝫ fabarũ: nõ tñ bonũ: sed ad digerēdũ durũ vētositatē ⁊ inflationē faciēs in tãtũ vt carnē īflet ⁊ dilatet: ⁊ idē faciet qḋ acetũ i sicco luto: aut fermētũ in pasta. Unde q̄ eo vtunť pulchre cutis fiunt. Dilatata eñi ⁊ extēsa caro lucescit ⁊ clarificať. Item coitũ adiuuat: q2 tres habet causas ad coitũ ꝑtinētes scilicet calorē nutrimētũ ⁊ inflationē. Et infra dixit. Cicer nigrũ albo est calidi⁹ ⁊ min⁹ humidũ ⁊ ꝓpterea amaritudo ei⁹ dulcedine manifestior est: ĩõ pl⁹ albo aperit oppilatiões ⁊c. Rasis etiã in tertio. Almãso. c. ij. sic de cicerib⁹ inquit. Cicer calidũ est. inflat ⁊ vrinã ac mēstruat ꝓuocat: ⁊ auget spmã: viride preterea cicer in stomacho ⁊ intestinis multas generat superfluitates: fabe tñ ⁊ cicer si assenť minoris sunt ventositatꝭ. In quarto q̄z li. suoꝝ aphorismoꝝ dixit ḋ ipsis. Cicera bonã faciũt vrinã: ⁊ bonũ calorē: maxime si cũ carnib⁹ comedanť ⁊ cũ cinamomo q̄ꝫ plurimũ. Et in li. xxi. cõtinētis. c. ccxlij. dixit autoritate Gal. in lib. ꝑmo ciboꝝ. in. c. xvij. lz ipse capitulũ nõ annotauerit. Nutrimentũ cicerũ est melius nutrimēto fabarum: ⁊ eius inflatio nõ est minor inflatione fabarũ: ⁊ addunt ad sperma: ⁊ excitant coitũ ⁊ ꝓpter hoc dantur stallonibus: ⁊ mũdificant plus q̄ꝫ fabe: ⁊ postea subiunxit. Et cum torrefiunt cicera: tolliť ipsorũ inflatio ⁊ eorũ digestio erit difficilis: ⁊ nutriunt plurimo nutrimento. Et recentia generãt plurimã superfluitatē sicut narrauim⁹ de fabis: ⁊ dixit in libro chimorum. Licet cicera sint multi nutrimēti: nõ tñ laudabilē gñant chimũ: ⁊ nõ sunt minoris inflationis faba. Noster aũt text⁹ in li. ḋ euchimia. c. iiij. sic se hz. Cicera nutritiua sunt: non tñ euchimia: inflatiua vero nõ min⁹ faba: excitant ad coitũ: et simul ex eis sperma generať. ⁊ in lib. de subtiliante dieta. c. vij. sic ait de eis. Cicer inflatiuũ est: ⁊ didisgestibile: ⁊ superfluicũ cibariũ: ad vrinationē aũt aptum ⁊c. Rasis etiã loco superius allegato sic quoq̄ꝫ scripsit autoritate Ruffi. Cicera laxant ventrē ꝓuocant vrinã et nutriũt multũ. Postremo autoritate filij Mesue sic etiã inq̄t. Cicera sunt calida i scḋo ⁊ humida circa medietatē ꝑmi faciũt multũ exigere addũt ad sperma ꝓuocant vrinã et mēstrua ⁊c. ⁊ infra: nutriũt pulmonē pre oibus alijs rebus: ⁊ cũ pulmo est vlceratus: exhibeatur farina cicerũ cũ lacte decocta ⁊c.

¶ Cap. clxiij. ostendit naturã fabarũ ⁊ dore ꝓ quãto faciunt ad sanitatem in via cibi.

Dora q̄ ſm quosdã dicitur Melica: ſm vero alios est species milij vt autor inq̄t pandectarũ: vsq̄ꝫ nunc capitulum nec aliquid de ea scriptũ reperimus nisi a Rasi in libro tertio Almansoris. c. ij. in fine sic dicente. Dora sicca est que ⁊ parũ nutrit: ⁊ ventrem stringit. Si q̄s autē diceret ⁊ quomodo ventrem stringit cũ solutiuã omnes ipsam esse fateantur: pro quibus facit

etiā experiētia cui dicem⁹ ꝙ ꝑ se ꝛ rōne suaꝝ q̄litatū vētrē stringit: ꝑ accidēs ꝟo soluit nec istō est incōueniēscū mespila: myrabolani citonia ꝛ hmōi naturaľr stiptica ventrē stringāt ꝑ se ꝑ accidēs aūt ꝛ cōprimēdo soluāt vt ptȝ medicinā intelligētib⁹. Dora igiť cibus erit medicinalis: ꝛ poti⁹ medicina cibalis diceť eē ꝙ̄ cib⁹: quare ipa est vtendū. tū qꝛ sicca: tū qꝛ parū nutrit: tū etiā qꝛ solutina nō paꝝ existat. ¶ Faba ꝟō seu fabū vt inquit Auer. in. v. colliget. c. ð cibis medicinalib⁹. est tēperatum inter caliditatē ꝛ frigiditatē: aut paruȝ declinat ad calorē: ꝛ ꝓpterea hȝ dissoluere apostemata ꝓpter suā abstersionē ꝛ maturat ꝛ est multe humiditatis: propterea accidit ei multa inflatio ꝛ vētrositas: ꝛ ipaȝ nō ꝑdit ꝓpter aliquā decoctionē. Et diciť ꝙ q̄ hȝ malā proprietatē cū ꝟtute cogitatiua: ꝛ q̄ ea vtunť multa habēt suspiria horribilia ꝛ phlegma. Melius tn̄ videť esse dicendū cū haliabate. in. v. theorice. c. xv. sic scribente. Faba q̄ recens est ꝛ viridis frigidā hȝ complexionē ꝛ humidā phlegma generās. Que vero sicca est ꝯplexio illi frigida inueniť ꝛ sicca: vētositatē generat ꝛ inflationē plurimā ꝛ ſi minorē ꝙ̄ recēs ꝛc. Et post aliqua subdit. Laudabilior fabe comestio si corticib⁹ mūdata coquatur donec dissoluať: abit ab ea vētositas ei⁹ teraturq̄ mola diligētissime. tūc em̄ minuitur ventositas inflatio maxime si cimini aliquid addideris ꝛ darseni. i. cinamomi piperis ꝛc. Auicen. vero in ii. canonis. c. ccxlv. dixit de ea sic. Virides sunt plurime superfluitatis: ꝛ si nō esset tarditas sue digestionis: ꝛ multitudo inflatiōis earū non essent minores in nutriē

do bone ꝙ̄ pultes ordei: sed sanguis eaꝝ est grossior ꝛ fortior. Et meliores ex eis sunt grosse albe: q̄ a gurgulionibus nō ꝑforanť: et deteriores eaꝝ sunt recētes. ꝛ earū quidē rectificatio est ꝓlōgatio infusiōis earū: ꝛ bonitas decoctionis ꝛ cōedere eas cū pipere sale ꝛ hasce origano ꝛ silib⁹: cū oleis et ꝓprime in natura sua sunt equalitati: sed sunt decliues ad frigiditatē ꝛ siccitatē pl⁹ ꝛ in ipsis est humiditas superflua et ꝓprie in viridibus. De veritate vero viridiū est: vt iudiceť frigide ꝛ humide. Qui aūt ponūt frigiditatē fabarū in gradu scdo moduȝ excedunt quaꝝ operationes he sunt. Abstergūt parūper ꝛ inflant valde: verū decoctio vehemēter iterata cuȝ aqua remouet eaꝝ inflationē: verū cum fabe excorticātur et molliūtur ꝛ decoquūtur in vase sine motu: minorať earū inflatio: ꝛ q̄ ex eis frixe sunt pauce sunt inflationis: sȝ sunt tardioris digestionis. Et cocte cū suis corticib⁹ sunt pl⁹ inflatiue. Et infra sic etiā scripsit: ꝛ generať ex eis caro mollis ꝛ generāt humores grossos. hippocrates quoq̄ testificat⁹ est bonitatem nutrimēti earū: ꝛ cōseruationē sanitatis ab eis: ꝛ de ꝓprietate quidē earū est ꝙ abscindūt oua gallinaꝝ cū nutriūtur ex eis ꝛ faciūt videre somnia cū alienatione ꝑturbata. Et postea subiūxit. Faciūt sodā ꝛ nocēt oīb⁹ q̄b⁹ accidit soda: ꝛ sunt difficilis digestiōis ꝛ tarde descēsiōis ꝛ sunt generatiue oppilationuȝ: ꝛ decocte cū corticib⁹ suis in aceto ꝓhibēt vomitū ꝛ fluxū dissintericū antiquū Isa. aūt in. ꝑ. d. sic de eis inquit Fabe in natura sua frigide e sicce sunt diuerse: quarum virides frigide sunt ꝛ humide in pri

mo gradu nutrimentū tñ est minus q̄ humores generāt grossos et crudos. Et q̄ inflatiue vētositatem faciūt in superioribus ventris ppterea valde nociue sunt. Sicce vero suisq̄ tēporibus pfecte sunt frigide et sicce in primo gradu nō laudabilē sanguinē creant: vnde carnē inflant et dilatant: et operantur in ea qd fermentum in farina vel pasta: ppterea in superioribus vētris ventositatē plurimā generāt et inflationē: ex qua fumus incipit ascendere cerebro nocens et multa et corrupta somnia inducit. Cum hec ergo naturaliter habeāt fabe: non eis aliquo coctionis modo possunt auferri. vñ gal. Fabe si nimium coquant ventositatem et inflationē suā sicut hordeo auferre neq̄mus: minuere tñ possumus. Experimēto aūt pbat in eis qui fabis vtētes assidue indigestoinē patiunt: et inflationem et si sanissimi fuerint. hec ipse. Qd etiā sensit Almāsor in. c. iij. dicēs. Fabe tēperamēto prime existunt licet frigiditati parūper attineāt que multum inflātes scothomiā generāt caput preterea grauant: corpusq̄ totū dissolutū efficiūt: et ideo solitis pati ventositatē ex colica vel ex ruptura male sunt: virides autē humores generāt crudos: et in stomacho et intestinis augmentāt phlegma: et in ipsis ventositatem excitāt. Idē quoq̄ dixit in. xxi. ptinētis. c. clxvi. autoritate Diascoridis. Et fuit snia Auenzoar in suo theisir. c. i. cū ait. Habētia grossam siccā et terrestrem substātiā: si bñ decoquātur minus nocēt stomacho exceptis fabis in q̄bus decoctio nō remouet nocumentū. Simia quoq̄ haliab. in. v. Theo. c. xv. Qui oēs a Gal. mihi videntur accepisse dicēte in li. de subtiliāte dicta. c. viij. Fabe nō digerūtur faciliter et inflatiue sunt satis et in. i. alimentorum. c. xiiij. Fabe virides comeste anteq̄ maturent et exsiccent: hñt cōmune oim fructuū quoscūq̄ in maturitatem offerimus: alimentū humidius dātes corpori: et ppter hoc magis sunt perstuicū nō sm intestina solū: sz etiā sm totū habitū. et in. 4io regiminis acutorum cōmento. xviij. dixit. Sorbitionē ex fabis factā si tribus coxeris diebus nō est tibi possibile vt eius inflationē ab ea remoueas: qd est q̄ inflatio inest ei ex substātia ipsius ppria et nō ex diminutione decoctionis eius et ppterea dicebat ipse in li. de euchimia et cachochimia. c. lij. Si faba inflatiua nō esset: cachochimia nō diceremus. Ex quibus apparet q̄ ois faba sit illaudabilis viridis aūt et cocta cū cortice peior alia quacūq̄: quare etc.

¶ Ca. clxiiij. ostēdit naturā farri frumēti et spelte: declarādo q̄le sit et q̄ntū adeorum nutrimētū.

Licet far quādo simpliciter ponit de farre spelte intelligat: vt inquit auctor pandectarū: tñ mihi videtur q̄ sepius etiā p frumēto vel tritico accipiat et non equidē irrationabiliter ppterea q̄ vt Rasis inquit in. xxi. cōtinētis. c. cxciij. autoritate Pau. in. vij. Spelta est ppinqua virtuti frumēti: et est media inter calidū et frigidū. et etiaz autoritate Diascoridis dixit de ea. Aliqd est genus habens in capsula vnū granū: et alid habēs duo et vocat latine farri. Dicamus ergo nūc de ipsis et de frumēto pistato farre appellato cuz Auicen. in ij. canonis. ccl. si scribente. Melius est illud qd est medium inter duritiem et raritatem magnam pin-

gne recessplanū qđ ē inter albedi nē et rubedinē calidū ꝛ tēperatū in hūiditate: ꝛ siccitate ꝛ est pluri mi nutrimēti ꝛ frumētū.elixatum est tarde digestiōis inflatiuū: verꝫ eius nutrimentum qñ digerit est plurimū. Et infra dixit. Frumētū est magis nutritiuū corpis oibus grauis: et postremo cōcludit. Triticū crudū et etiā decoctū elixatū nō mollitū neqꝫ fractū neqꝫ coctū ita vt sit plus. Et fractū etiam silr qñ cōedit generat vermes. Auerrois quoqꝫ in.v.col. sic de eo scripsit. Frumentū coctū in aqua est grossum viscosuꝫ oppilatiuū ꝛ durum digeri plus alia re ꝛ est valde malum. Rasis aūt in tertio Almā. c.ij. in principio sic ait. Triticum tēperamento est vicinū: lꝫ caliditati parum attineat. Qđ aūt pōderosius inuenit ꝛ solidius maioris est nutrimenti hoibus: oibus quoqꝫ alijs granis magis conueniens ꝛ magis ꝓpriū inuenit sanguis etiā ex eo gñatus oi sangui ne q̄ ex alijs gñat granis tēperatior existit. Et in.xxj. ꝯtinentis.c. clxxxix. dixit. Frumentū fractū. i. far: vt dixit Gal. in.vij. simpliciuꝫ: est idē modus frāgendi in frumēto spelta ꝛ ordeo ꝛ oi gñe legumi nis ꝛ ipsoꝝ virtus ꝛ operatio est eadē cum coꝝ substātia integra. Et dixit deinde autoritate Diascoridis. Far nutrit magis amido: et inflat et impinguat et gñat chimū grossum. viscosuꝫ ꝛ lucidū ꝛ dꝫ decoqui supra carbōes: ꝛ cōdi cum oleo onfancio aut amigdalino dulci ꝛ pauco salis: ꝛ dꝫ appōni oleum in principio vt melius misceat ꝛ cum est coctum cōdiat cum melle. s. zuccaro vt amoueatur eius viscositas et cito descendat a stomacho. In.cap. vero cclxxx. eiusdem libri dixit autoritate Gal. in li. dietarum q᷑ granū frumēti est magis iuuatiuū hoibus oi alio grano et illud qđ est ex eo clarum durū firmū et nō de facili frangit: est valde nutritiuuꝫ et melius ꝛ nutribili᷒ alio ꝛ illud qđ est diaphanū leue ꝛ pingue est ecōtrario. Et substātia huius frumenti est velocis descensus propter multuꝫ furfur qđ est in eo et subdit. Frumentū elixū est tarde digestiōis inflatiuū ꝛ si bene digerit est multi nutrimēti: ꝛ manifeste addit ad virtutē et calefacit. Et si pregnās comedit ipm: nō euadit ab eius nocumēto. Series aūt Galeni in li. de subtiliāte dieta hic est prout nos habemus. Triticū cibus nutribilissim᷒ ꝛ viscosi ꝛ grossitatis humoris gñatiuum. Quo circa nisi quis preparet ipm sicut nunc preparat: et offerat grossuꝫ ꝛ viscosuꝫ satis subnutrit hūorꝫ: propter qđ neqꝫ simpliciter coctū opꝫ comedere triticum sicut vidi comedētes in asia ꝙ multos rusticoꝝ: dulcorant em̄ pauco sale idꝫ neqꝫ farinam faciēdo coquentes sicut pultes ꝛ in aqua infundentes vel lacte. Oēs enim hmōi preparationes difdigestibiles sunt ꝛ pachichime. Sola autē est bona preparatio eius quam per fermē tum sal et cribrum et furnum ꝛc. Dixit etiam Rasis loco superius allegato autoritate filij Mesue. Frumentum calidum est in primo: equale inter humiditatē ꝛ siccitatem: sꝫ magis declinat ad humiditatem: et hanc acquisiuit ab aqua et signum ad hoc est multitudo nutrimēti eius: et postremo autoritate Galeni sic ait. Spelta non desiccat: sed digeritur sicut frumentum: et generat humorem grossum: et est tardi descensus ꝛ multi nutrimenti ꝛ fortis: cꝫ

quib⁹ appet ex quo frumento far fieri debeat: et q̃tum nutrimenti prebeat quõcũq; far extiterit siue ex frumento siue ex spelta tñ pro delicatis ꝛ exercitatis hoib⁹ minime videt̃ ꝯuenire: cũ grossus sit cibus ꝛ dure digestiõis: vt ptz ex iam dictis: quare ꝛc.

¶ Ca. clxv. ostendit naturã et proprietates faseoloꝝ alboꝝ et rubeorum in via cibi.

Faseoli teste Gal. in lib. d̃ subtiliãte dieta. c. vij. multo fab; sũt prauiores. Et vt inquit Auer. in. v. col. c. de ciceribus ipsi declinãt ad calorẽ ꝛ hũidita; ꝛ impinguãt corpus: ꝛ ꝓuocãt vrinã ꝛ sanguinẽ menstruũ: ꝛ laxant ventrẽ ꝛ ꝓprie rubei: ꝛ inducunt somnia: ꝛ faciũt vertiginẽ: sz halia bas in. v. theo. c. xv. aliter eos graduauit cũ ait. Faseol⁹ alius alb⁹ cui⁹ cõplexio frigida est et sicca: ꝛ alius rube⁹ ꝛ in eo calor est ꝛ inflatio: nisi q̃ eius inflatio minor est q̃ fabaꝝ ꝛc. Qđ etiam sensit princeps in. ij. cano. c. ccliij. di. Faseoli rubei calidiores sunt eorum. Filius tñ Mesangue et arsaianis dixerũt: q̃ sunt frigidi ꝛ sicci: ꝛ apđ me substantia eorum est sicca in qua est humiditas superflua: et ipsi ad caliditatẽ declinãt: sz rubei sunt calidiores: ꝛ hũor faseoloꝝ est hũidus phlegmaticus: et faciũt videre somnia mala: sunt bõi pectori ꝛ pulmõi gñant hũorez grossuz. Sed sinapis ꝓhibet nocumentum eoꝝ: et sil'r acetum cũ sale: ꝛ pipere: ꝛ origano: ꝛ vt bibat̃ sup eos vinũ passum puꝝ: et qui cum aceto sunt nutriti pauce sunt hũiditatis ꝓuocãt mẽstrua ꝛc. Isaac q̃z in ꝑticularib⁹ dietis. Faseoli calidi sunt in medio fcõi grad⁹: ꝛ hũidi in fine: hoc aũt testat̃ q̃ vt plurimũ nõ ꝑfecte vt grana pñt desicari: ꝛ si nõ desiccentur nõ multũ t̃pis seruare valent: ideo q̃ humores gignant grossos: inflãt neq; vẽtositatẽ fumũq; plurimum gñant, atq; caput implẽt: somnia pessima ꝛ terribilia faciũt ꝛ corrũpta. Et ipsoꝝ albi min⁹ calidi ꝛ hũidi: vñ eoꝝ nutrimẽtũ grossius est: ꝛ ad digerẽdũ duꝝ: hũores phlegmaticos faciũt et grossos: attenuare aũt volẽtes grossitudinem eoꝝ: eos elixẽt: et elixatos a corticib⁹ mũdẽt, mundatos cũ obsomogaro. s. salz: ꝛ oleo ꝛ cimino: et pipere cõcdẽt. Uirides albi ablatis corticib⁹ cũ sale sunt assumẽdi et sinapi origano. ꝛ pipe. mexꝝ vinum ꝛ forte cũ eis accipiẽs. Ruffi vero caloris ꝛ hũiditatis ab alio minus hñt: ideo et in suis fortiores sunt operibus ad ꝓuocãdum ꝛc. Que fuit etiã snia Rasis in tertio Almã. c. ij. dicẽtis. Faseoli inflant et impinguant corpus: vrinãq; ac mẽstrua ꝓuocãt: vẽtrem etiã reddunt mollem: qđ illi proprie efficiunt qui rubei sunt: corpus calefaciunt ꝛ capitia efficiunt scothomiam ac mala somnia videre faciunt. Et in li. xxiij. continentis. c. cccccccv. dixit autoritate Simmasui. Faseolus calidus est ꝑmo: in medio ipsius et humidus similiter. Sed Ruffus calidior: ꝓuocat menstrua: et si miscetur cum oleo nardino: et si comeditur cum sinapi prohibet eius nocumentuz. Et ruffus faseolus est laudabilioris humoris: sz albus est abundãtis humiditatis et difficilis digestionis: subuenit super digestionem ipsius si comedatur calidus cum almuri: id est sale: oleo: et cimino electa cortice ipsius exteriori vt nõ comedatur. Sed recens faseolus comedi dz cum sale: pipere: et

pere:et origano ad subueniẽdum sup digestiõez ipsius:⁊ vt tamẽ super eũ potu vini simplicis ⁊ solidi:⁊ si comedit cũ aceto erit modice hũiditatis ⁊ tarde digestionis ex cã siccitatis aceti. Dixit deinde auctoritate Damasceni: Joãnitij:⁊ Diascoridis. Faseoli inflãt:puocã vrinã ⁊ mẽstrua:gñant somnia mala:lz abundãter nutriãt pro rusticis:ergo ẽt fortiter laborãtib⁹ cũ sui humoris grossicie videntur ꝯuenire: quiescentibus aũt delicatis ⁊ studentib⁹ minime:quare ⁊c.

¶ Ca.clxvj. ostendit naturam ⁊ nocumenta lentis prouenientia ex comestione ipsius.

Lentes sunt tẽperate in calore:⁊ sunt sicce:⁊ generãt sanguinẽ melãcholicũ:⁊ extingũt inflãmationẽ sanguinis:et magis qñ coquuntur in aceto inquit Auer.in.v. colliget. Et subdit. Et eorum virtutes tres sunt qr priuãt coitũ:⁊ offuscãt visum:⁊ qñ coquuntur in aq̃ pluries stringunt ventrẽ:sm autẽ haliabatis sñiam in.v.theo.c.xv. aliter in ꝯplexiõe graduanda est cũ dicat ipse eo in loco. Lenticula frigida est in scdo gradu:⁊ in tertio siccavñ melancholicum generat sanguinẽ:⁊ q̃ eius assidu⁹ est cõestiõi:si quidẽ nigra illi dñatur cholera que melãcholicos pariet morbos:vt elefantiã:maniã:cancrũ:⁊ silia. Priceps ꝟo Aui. in. ij. canonis.c.ccccxlix.dixit ꝙ melius lens est illa que est velocius matura ⁊ est alba lata:⁊ quãdo cadit in aquã nõ denigrat eã: et opz vt bene maturetur in decoctiõe:cui⁹ natura vt visum est Gal. est equalis caliditate et siccitate: verũtñ est decliuis parum ad caliditatez et ꝓpter illud nõ infrigidat apud cõestionẽ sui neq̃ descẽdẽs est inflatiua:⁊ ꝯposita ex ꝟtute ꝯstrictiua ⁊ abstersiua ẽ facit videre somnia mala:⁊ stipticitas corticis ei⁹ est plurima:⁊ in ipsa tota est inflatio plurima:et inspissat sanguinẽ intm̃ ꝙ nõ currit in venis et ipsa minorat vrinã ⁊ mẽstrua:⁊ pp illud gñatur ex eo humor melãcholicus ⁊ egritudĩes melãcholice. Et infra dixit. Et opz vt ꝓijciantur sup vnã eminã lentis noue emine aq̃ et decoquantur valde:⁊ ipsi⁹ q̃dem multitudo cõesta gñat cãcrũ ⁊ apostemata dura:nocet neruis:⁊ illi⁹ qui plimũ ei⁹ cõestiõe vtitur: visus obtenebratur ꝓp vehemẽtiã exsiccatiõis ei⁹ est difficilis digestiõis mala stõacho:⁊ gñat inflatiõez ⁊ grauat:⁊ nõ opz quidẽ vt lenti admisceatur dulcedo:ipsa em̃ tũc faciet possidere oppilatiões plurimas in epate. Qñ decoquitur absq̃ cortice stringit ventrẽ:⁊ silr cum cortice:⁊ qñ decoquitur cũ aqua et expellitur aqua pria:tũc illa aqua pria si bibatur soluit ventrẽ: et postremo dixit. Et nõ approximet ei hñs lesionẽ i vrina ex parte distillatiõis ⁊c. Et Jsaac in ꝑticularib⁹ dietis sic de ipa scripsit. Lẽticula frigida est in prio gradu:sicca in tertio:inuestigata tñ ei⁹ natura ex duob⁹ ꝯrijs cõposita inuenitur:vno in medulla:altero in cortice: cortex em̃ ei⁹ acuitatẽ hz:vñ ventrez ad solutionẽ mouet. Medulla ꝟo stiptice est virtutis ⁊ ꝯfortatiue stomachi ⁊ intestinorum:vñ ad cholericã diariã vz:⁊ infra subdit: et si cum cortice ablato coquatur et prima aqua abiecta scda addatur melior fit ad digerẽdũ:vlr tñ dico ꝙ nutrimentum lentis grossum est: et ad digerendum durum:melancholicum sanguinẽ generat: et maxime si cum cortice comedatur: cerebrum fumo grosso implet et

melancholico: vñ cã est doloris et fallaciũ formidolosorũq3 somniorum stomachũ et intestina implet ventositate: et inflationem ꝛ ꝯstipationẽ facit: ꝑpterea ceteris granis plus nocet: ꝛ pulmoni ac diaphragmati: ꝛ pelliculis ceterisq3 neruis pelliculaꝝ ꝑcipue oculoꝝ qm̃ humiditatẽ eoꝝ desiccat ꝛ distemperat: sanis obest oculis q̃to magis infirmis sine desiccationis causa ventrẽ ꝛ mẽstrua ꝯstipat et ingrossat: ꝛ exire nõ possunt ex venis matricis. Lens itaq3 cũ cortice cocta sicca est noxia cõplexioni: et passionẽ ꝛ melãcholiã in ea creat sicut nigrã: ꝛ morpheã: ĩpetiginẽ: serpiginẽ: cãcrũ: alefã tiã: ꝛ leoninã. his tñ qui humide sunt cõplexiõis aliqñ ꝓsunt: ideo si sine cortice edant̃ hydropicis valẽt cum cortice ꝟo nocẽt ꝑꝑ ventositatẽ ꝛ inflationẽ quã creãt. Deinde ꝓsequit̃. Lẽticula laudabilis est grãdis ꝛ noua ꝛ coquibilis accipitur ẜm cibũ ꝛ medicinã. Si ẜm cibum et hoc diuersimode: aliqñ solũ cũ oleo ꝛ aceto: aliqñ cũ carne recẽti aliqñ cũ sicca ꝛ salsa. Cũ aceto et oleo minoris est nutrimẽti cũ carne recẽti maioris: q̃ aũt cũ sicca et salsa pessimus est cibus. Natura nãq3 carnis sicce grossa ẽ: ꝛ ad digerendũ dura: mixta cũ lẽte malíciã duplicat: vñ cã est calefactiõis incẽsionisq3 sanguinis: tũ etiã qꝛ in melãcholicos cõuertit̃ humores: ideo pessima est: maxie si cũ cortice fuerit cocta. Itẽ vt non noceat sic aptibilis est: mũda ĩpã a cortice ꝛ in aqua elixa prioremq3 eĳcies aquã: ꝛ decoctã in scḋa misce: ꝛ cũ aceto eã cõdi: ꝛ origano: mẽta: pipe: ꝛ cimino: ꝛ oleo amygdaleo: aut sisamino. Rasis ẽt in iij. Almã. c. ij. sic ait. Lenticule frigide sunt ꝛ sicce: et sanguinẽ generãt melãcholicũ: ꝛ corp⁹ desiccant: sperma quoq3 destruũt: atq3 sanguinis extingũt caliditatẽ: ifrigidãt eñi: atq3 oculoꝝ tenebrositatẽ: et melãcholicas efficiũt egritudines cum aliqs in cõctiõe eis frequẽter vtit̃ ꝛc. Idẽ quoq3 dixit in. xxij. ꝯtinẽtis. c. cccccix. autoritate Diascorid; Gal. ꝛ Masarguith. fuit eñi hec gal. snia. in. j. ḋ alimẽtis. c. xiij. di. Merito igitur abundãtes in hoc edulio vocato elefantes hñt et cãcros; iõ qꝛ grossum ꝛ siccum simul ꝛ melancholicum facit chimũ. Iõq3 cõcludam⁹ cũ eodem in li. de euchimia. c. iiij. sic dicẽte. Lens cachochima est ꝛ melãcholica sicut null⁹ fere ignorat: et ꝑpterea nõ est comedẽda nisi qñ meliorẽ ciborum nullum presentem haber̃mus: vt idem inquit de subtiliãte dieta. c. vij. At qñq3 via medicine sicut in sanguineis passionibus ꝛc. aliter autem minime.

¶ Ca. clxvij. ostendit naturam ꝛ ꝓprietates lupinoꝝ ꝛ modũ preparationis ipsorum ꝛc.

Lupini apḋ nos nõ mãducãtur: s3 potius via medicine eis quãdoq3 vtimur. Quia tñ nõnulli ipsos comedunt: de eis aliqua scribam⁹ dicẽtes. ꝑrimo cũ Auer. in. v. colli. c. de ciceribus. qui sic ait. Lupini sunt sicci terrestres ꝛ amari: ꝛ qñ coquunt̃ in aqua donec auferat̃ eoꝝ amaritudo sunt cibus tñ durus: et qñ comedunt̃ amari occidũt pediculos: ꝛ etiã vermes qui sunt in stomacho ꝛ in intestinis: ꝛ pronocãt vrinã ꝛ aperiũt orificia emoroidarũ. Infra ꝟo in. c. de variatiõe virtutũ medicinaꝝ simpliciũ. 6. totmos dixit: ꝑpter hoc. s. ꝑpt̃ operatiões ponim⁹ ipsos in caliditas

te' & siccitate i principio tertij gradus vl'm sine secūdi. Sed Halia. in. v. Theo. c. xv. sic inquit. Lupinuz calidū ē in prio gradu & siccum in scdo. Cui magis vr̄ assentire Auic. ij. cano. c. cccclj. di. Lupinus est granum compresse figure amari saporis percussuz i medio et est faba egiptiaca: est calid⁹ in primo: et siccus in scdo: est stipticus abstersiu⁹ & resolutiu⁹. Et vt inquit. Ga. Lupinus a q̄ extracta est amaritudo: ē grossus: et nō est lōgus quin sit glutinatiu⁹: et nō remanet inabstertio ei⁹. Et totus q̄dē est mal⁹ difficilis digestionis gn̄ans humorē crudū in eos qn̄ nō digerūt ipm bn̄: ile ꝟo q̄ cum bonis ꝯditus est plimi nutrimenti. Et qn̄ ei⁹ decoctio fit bona & digeritur: et nō mali humoris: lꝫ in ipso sit siccitas & viscositas: & ipe q̄dē infundit vt eius amaritudo remoueat: deide decoquit & penitus ē medicie ꝓpinquior q̄ꝫ cibo hec ipse. Deinde vero oñdit q̄b⁹ passionibus ꝯferat vt cibus. Hoc quoqꝫ sensit Isa. in paticu. dic. cū inqu't. Lupini in scdo gradu calidi sūt et sicci: & dulcoratoꝝ ipsorum aqua nutrimentum grossuz ad digerendum duruz humores grossos gn̄ant: ꝓpterea nec vim hn̄t digestiuam sicut excolatiue: nec stipticā sicut ꝯfortatiue stipticeqꝫ nature cibaria. Et ista fuit sn̄ia Ra. in. iij. Alman. c. ij. di. Lupini grossi sunt et ad digerenduz duri. Cum aūt dulcorant & comeduntur non calefaciunt corpus: dum ꝟo amari nō sunt ad nutriēdum: sꝫ ad medicinam sunt apti dissoluunt eni scrophulas &c. Et in. xxj. ꝯtinen. c. clxxij. di. autoritate. Gal. in. vj. Nutrimentū lupinorum curatoꝝ & indulcoratorū est grossum: & iō pl⁹ cōferūt in via medicine. et li. dicta. x. f. in primo de alimē. c. xvij. lꝫ ipse non annotauerit locum inquit. Substātia lupinorum est dura terra: et ob hoc est difficilis digestionis: et generat humorem grossum mucilaginosum nisi sunt bene digesti in venis. Et lupini qui sunt indulcorati non lauant: nec mundificant: et nōnullā in se habēt stipticitatem: et iō sunt tardi descensus et difficilis digestiōis. autoritate ēt filij Mesue sic ait. Lupini calidi in prio: et sicci in scdo. et i hoc cōuenit cuꝫ Aui. vbi. s. Stringūt vētrem: et sunt tarde digestionis: et generant humoreꝫ grossum: nisi cum sunt preparati cuꝫ speciēb⁹ & hoc etiam testatur Museric. et fuit sn̄ia Gal. in lib. chimo. di. Lupini preparati cum speciebus: nō generant malos humores. Ex q̄bus apparet ꝙ vsus eorum non sit acceptabis in sanitate conseruanda: quemadmodū ad medicinam et ad plurimas passiōes approbantur.

¶ Cap. clxviij. ostendit naturā et proprietates milij in via nutrimenti: et panis eius.

Milium excorticatū a plerisqꝫ ꝓ ferculo manducat: iō et de eo nōnulla scribenda sunt nō inutilia. Dicamus ergo cum Auerroi. in. v. colliget. c. de ciceribus. qui sic ait. Milium frigidum est et sicum: ventrem cōstipat. et ē pauci nutrimēti. et hoc idem facit panicuꝫ &c. Quod etiā sensit Isaac in particu. dietis ꝑ di. Miliū frigidum est in primo gradu: & siccū in scdo: qd testatur lenitas ei⁹ & cōcauitas: viscositatis

vnctuositatisq absentia: et ideo nutrit minus quam cetera grana. ex quibus panis fit: sanguinem minimum nec laudabbilem generat: tamen siccitatis sue gratia confortatiuum stomachi est aliorumque membrorum corporis: proinde et ventrem constipat. Et vt Diasco. inquit. Milium diureticum est et assatum ad torsionem doloremque ventris calidum suppositum valet: causa autem nutrimenti minimi est siccitas eius: Non ab eis igitur accipiendum est qui carnes suas augmentari et pinguescere volunt. Nec ab eis qui laudabilem sanguinem suo corpori cupiunt generari: sed eis solum modo quibus stomachi refrigeratio ac confortatio humorumque eius superfluorum exsiccatio appetitur hec ipse. Hoc quoque voluit Alman. in. iij. c. ij. circa finem di. Panicum atque milium frigida sunt: que licet parum nutriant ventrem et carnem stringunt. et i. xxij. conti. c. cccvij. di. autoritate Gal. in. vj. simplici. Milium est de genere leguminum habens figuram similem figure panici: et virtutem admodum virtutis eius: tamen nutrimentum ipsius est modicum desiccatiuum. Et ideo constipat ventrem admodum panici: et si cum eo emplastrum fit extrinsecus infrigidat et desiccat. Et autoritate Diasco. inquit quod minoris sit digestionis quam panicum. Et deinde subiunxit di. Pau. in trac. viij. Almmus. i. milium: assimilatur panico habens virtutem desiccatiuam et infrigidatiuam: quod si ponitur in emplastro extrinsecus desiccat humectationem ventris. Et di. in li. ciborum. Milium assimilatur in complexione panico: et est frigidum et siccum in primo. rotundum et durum difficilius in digestione panico. Dixit etiam Gal. de ipso licet Ra. non dicat in lib. de subtili. die. c. vij. Melnia milium et elicus: et quicquid tale non sunt enchimia: et sunt inflatiua et digestibilia siccant autem satis et hec ventris fluxiones. et li. vj. de simpli. medicinis. c. xxviij. dixit quod eius nutrimentum est paucum desiccatiuum: quapropter stringit ventrem sicut panicum etc. Uerumtamen melius est panicum milio ad omnia: et delectabilius ad esum: et indigestibile minus: et minus stringit ventrem: et magis nutrit teste eodem in. j. alimen. c. x. Ex quibus patere potest qualis sit panis factus ex farina milij: quantumque sit eius nutrimentum: quo quoque nobiles etiam delectari consueuerunt postponentes similagineum panem consuetum laudabilissimum rarissime itaque aut potius numquam nostro consilio talem facient permutationem: ne sicce complexionis fuerint et stiptici precipue sicciores et stipticiores fiant et maxime si cholicam passi consueuerit: et huiusmodi ferculum similiter ex eis factum suspectum habeant et ipso aut quam rarissime aut numquam: quod melius est vt diximus vtantur: quare etc.

Cap. clxix. ostendit naturam et proprietates ordei pro quanto in via cibi venit et nutrimenti.

Ordeum et res ordeacee: licet vt plurimum ad egritudines et ad corporum curationem veniant ad sanitatem quoque conseruandam non parum facere videntur: vt ex dicendis apparebit. Et propterea hoc in loco non extra propositum dicemus de ipso: et de eius complexione. Primo cum Hali. in. v. Theorice. c. xv. sic di. Ordeum complexione frigidum est in primo gradu et siccum in. ij. Secundum tamen alios ad tantam non peruenit siccitatem cum dicat Auic. in. ij. cano. c. ccccxxxiiij. Ordeum est frigidum et siccum in primo et in ipso est abstertio: et eius nutrimentum minus est nutrimento tritici: cuius aqua est infrigidatiua et humectatiua

febrium rc. Isa. etiā in ꝑticu. die. sic inqt. Ordeum frigidum et siccum in primo gradu virtutē mū dificatiuā hz et excolatiuā: et fabe sitr. pl9 tñ ꝙ faba exiccat: et ꝑ pter nutrimētū ei9 ab inflatiōe ē liberū fabarum vo nō sitr. plus eñ ordeo nutriunt accidentalr et nō natulr. Uñ Gal. Ordeū ceterꝫ granis nutribili9 est. Ruffus vo triticū inqt et ordeū sunt nutribiliora ceteris et laudabiliora: nutribilius tñ est triticū nec arbitreris horū disputatiōes cibi esse ꝯrias. Gal. eñ dixit accidētalr. Ruffus vero substātialiter ac naturaliter: verbi gratia: si nutrimētum risi ordeo ꝑponam9: vñ ordeū nutribili9 inueniī: plus eñ substantie et medulle hz. Si vero ꝑponamus risi vnde accidentalr inuenimus risuꝫ maioris esse nutrimēti ꝑpter grossitudinē suā et morā i stomacho lōgiorē: ordeū accidētaliter minus nutribile vr ꝑpter digestionem citā et facile a membris dissolutiōnez. Et subdit post aliq̄. Eluraī eñ ordeū in aqua deinde assatur inde farina facta cū zuccaro ꝯficiī: sic in estiuo tēpore ad stomachi refrigeriū et epatis valet: et sitim aufert cū aq̄ tēperatū siue coctū: et cū coclearia edaī siue aliquātulū liquidū: vt si cum mulsa bibaī. Inde fit ēt ptisanuꝫ hoc mō. Cōstigaī ordeum vt possit cortex auferri: et mēsura sumaī ordei vna: et aque decē et tā diu coquaī donec redicaī ad vnā: deinde colcī: et potui detur: hoc valet ad sanitatē custodiēdā corpusq̄ȝ humectādū: si etiā refrigerij pl9 ex eo appetaī aceti parum admisceaī: et calide nature fuerit parum addatur seminis papaueris albi: ptisanum eñ hoc sanum est cerebro visuꝫ clarificat: et ꝑfectissimum in eoꝝ corpore sanguinez gñat: nec minus ꝙ panis nutrit. Hoc eñ ptisanū sanis est dādū. Infirmis vero diuersis modis est dādū ꝑut vnicuiq̄ȝ expedit infirmitati: cū manna aut melle violato sit laxatiuū aut refrigeratiuū. Si vo ꝑ oppilatiōes cū radicib9 feniculi apij rc. hec ipse. Ex q̄bus apparet ꝙ sanis et egris ptisana ꝯueniat i estate et calidis ꝑcipue. Que fuit etiaꝫ Alman. snia m. iij. c. ij. di. Ordeum caliditati est ꝑpinquum: lꝫ frigiditati attineat: cui9 nutrimentum tritici cōparatiōe est ꝑuum: est eñ inflatiuum et infrigidatiuū: solitos autem ventositatē ac egritudines frigidas et cholicā pati īpedit: calefactis vero et carnū volunt adipisci minorationem ꝯfert: sanguinem vero cholere nigre vicinuꝫ gñat. Nōñ ita est falsum vr q̄d inquit Auer. in. v. colli. c. de complexiōib9 ciborum cū ait. Panis q̄ fit ex ordeo ꝫm modū q̄ fit ex frumento seq̄tur bonitatem panis tritici nisi q̄ parum declinat ad frig9. De ptisana vero non est dubiū cū ipsi omnes approbent: vt patet per Gal. in. ij. de simplici medicina distinctiōe. ij. c. vij. ꝙ ptisana ordei et ptisana candarusij: et lac et panis ablutus generat in coporib9 humorem laudabilē. et in. ij. therapentice. c. ij. Optimus quidem est ptisane succus diligentissime decocte. Et lib. de euchimia. c. iiij. sic etiam de ipsa scripsit. Inculpabilissimum omnium cibarioꝝ ad euchimiam et ad sanitatis custodiam est ptisana bene preparata rc. Quantum vero infirmis conferat et permaxime patiētib9 acutas apparet per Hippocratē in. j. regiminis acutorum textu cōmen. xviij. dicētē. Ptisana ordea

ea merito me iudice super omne de grano factū cibariū in passiōibus acutis excellētissimū hētur: eiq; q̄ cā primum ac precipuum oib⁹ alijs ꝑtulit collaudando assentio. Primum q̄ppe: q2 vtilis viscosa est & lenis iuctaq; & mollis: necnō et lubrica tēperataq; hñs humiditatē: sitimq; extinguit &c. De aqua ordei etiā plurimum laudata nihil ad presens dicemus cum proposito libri huius minime competere videatur.

¶ Cap. clxx. ostēdit naturā et ꝓprietates papaueris: vt via cibi vtitur a quibusdam.

Papauer apō nos solūmō ꝓ medicina somnū fere hētur: apud quosdā vō ꝓ cibo: q̄ ꝓ ferculo sicut nos panicū comedere ꝯsueuerūt in q̄ntitate ēt non modica: sicut ab excellētissimo ꝑceptore nr̄o fide oī dignissimo sepenumero intelleximus: q̄ in q̄busdam montibus papauer nigrū tanq̄ far esset: a nonnullis mādūcari se vidisse nobis discipulis asserebat: neq; vllā ex illi⁹ comestiōe lesionē percipiebant: qd ipse et nos simul cū eo sum⁹ plurimū admirati: cum dicat Aui. in iiij. j. c. j. Si tibi necesse fuerit stuporem inducere: non transcendas tale quale est papauer albū: qm̄ cum suo stupore est etiam domesticum. Et in. ij. cano. c. dlxv. q2 melius et sanius est album. Et. j. hortulanum est frigiduz et siccū in secūdo nigrū in tertio: & ducit vsq; ad quartum. Et illud qd est nigrum est ingrossatiuum: infrigidatiuum: et exsiccatiuum. Et post ea subdit. Facit somnum: & ꝓprie illud qd nigrū est: et est stupefactiuum etiam in licinio positum & quōcunq; sit papauer siccum sez vt Prin. inquit vbi supra: siue frigidum & humidum in tertio gradu. vt di. Halia. in. v. Theo. c. xv. circa finem. oino: sopozat: & nigrū ꝑcipue: & affert obstupefactionē: vt idem di. in eo loco. Quare non sine cā (vt prediximus) non modicū sum⁹ admirati quō illi non infirmabant. Credim⁹ tñ dicendū eē rōne ꝯsuetudinis q̄ altera est natura. vt di. Auerr. in. j. phy. et Ari. simul cum medicis in plerisq; locis ac etiā rōne paulatine assuefactionis id sin nocumento ꝯtingere potuit. Quēadmodū enī puella: vt in. vj. quarti dicit. Princeps: autoritate Rufi: nutrita fuit in veneno vt iterficerent ꝑ eā reges q̄ cū ea cōuenirent &c. Quo ēt in loco refert autoritate Gal. q2 fuit q̄dā anus suspiciens in principio rei de napello rē paruā: deiñ nō cessauit vti donec assuefacta ē eo, natura: & audacter vsa est: & nihil nocuit ei. Sic etiā & lōge facili⁹ hoies illi⁹ regionis papauere nigro vti. et ei scipsos assuefacere potuerūt sine aliqua stupefactiōis aut infrigidationis lesiōe. Si q̄s tñ dicere voluerit aliter dicat vt velit. Sz redeam⁹ ad ꝓpositū: & videam⁹ nutrimētum ipsius qd sit dicentes cum Isa. in particu. die. sic scribente Diasco. de papaueribus ait. Quidam papauere vescūtur. parum vero nutrit & duri⁹ est digeri: sed assuetis dormitionē obliuionēq; gñat. Et postea cōcludit. Cauenduz est ne papauere hoies sepe vtātur: quoniā & si sit assuefactū: maxie cerebro nocet: stuporē īfert: et naturalis calor in eis extingui⁹. Et ista fuit etiā Ra. snia in. xx ij. cōtinentis. ca. cclxxxiij. dicēs autoritate Diasco. Si sumitur de papauere in magna quantitate prouocat

multũ ⁊ ꝓfundũ somnũ: sicut i le thargia ⁊ i vltimo iterficit. Et infra autoritate Gal. in. vij. di. Papauer hortulanum albũ ꝓuocat moderatũ somnũ: si ē valde albũ ⁊ hoies cõedũt ip̃z cũ melle ⁊ ponũt ip̃m in pane: sꝫ semē illi⁹ cui⁹ flores cadũt velociter infrigidat plurimũ: ⁊ ꝓuocat multũ et ꝓfundũ sumnũ. Et ob hoc nõ vtant̃ eo hoies i cibis vł medicinis: qꝛ nõ possunt ei⁹ euadere nocumentũ. Est ēt alia species papaueris: cuius semina sũt nigra: ⁊ hoc infrigidat multũ: ⁊ inducit stuporē et mortificationē i mēbris. et sapiēs et medic⁹ vtens eo dꝫ ponere cũ ip̃o medicinas mitigãtes suã frigiditatē q̃ ē in quarto gradu. Cõsiliũ igit̃ ãtiquoꝝ: vt ex dictis apparet ē vt papauere albo cõsolato tãtũmodo vtamur. ⁊ magis ꝓ medicina q̃ꝫ ꝓ cibo: ne forte i sua cadamus nocumenta. quare ⁊c.

Cap. clxxj. ostendit naturaꝫ et nutrimentum panici: et quibus modis debeat preparari.

Panicũ: vt sensit Auerrois in. v. colliget. cap. de ciceribꝰ. sicut et milium videt̃ esse cũ dicat ibi. miliũ est frigidũ ⁊ siccũ: vētrē cõstipat: ⁊ est pauci nutrimenti: et hoc idē facit panicum. Dixit filiꝰ haliabas in. v. theorice. c. xv. Panicũ et miliũ vtrũqꝫ frigidũ est et siccũ in secũdo gradu: quoꝝ nutrimētuꝫ paucũ est et vētrē incarcerãt. Quod etiã Rasis voluisse videt̃ in. iij. Almãsoris. ca. ij. cũ in ei⁹ fine sic inq̇t. Panicũ atqꝫ miliũ frigida sunt et sicca: q̃ lꝫ paꝝ nutriãt: vētrē tñ ⁊ carnē stringũt. Et in. xxv. continentis. capl. j. sic ait. De panico dicimus q̄ debes illd comedere cum lacte recēti et cũ butyro et zuccaro vt leuius fiat exitus ipsius. Isaac quoqꝫ in particularibus sic de ip̃o scripsit. Panicum in forma et natura est simile milio. min⁹ tñ nutrit eo et vētreꝫ magis cõstipat. Et accipit̃ diuersis modis et ꝑ eorum diuersitate immutat actionē suã quocũqꝫ tñ modo p̄parato oi panico miliũ meli⁹ est. Coquit̃ aũt sepe aut cũ pingui carne. aut cũ oleo: sepe ēt in lacte: aliqñ v̄o cũ apozimate tritici corticis: ⁊ amygdaleo. Cuꝫ pinguedine coctũ: aut cum oleo laudabile est quoniã siccitatē suã amittit: et saporositateꝫ ab eis et bonũ nutrimētũ acquirit: ⁊ cõstipatiõe sua priuat̃ ꝓpter lubricitateꝫ et mollitiem pinguedinis aut oleo. Illud v̄o qd̃ cum lacte apozimate supradicto coctũ laudabilius est eo qd̃ cũ aqua coquit̃ sola. Coctiois aũt cum aqua duo sunt modi: coquit̃ aũt aut sanum: aut mola cõfractũ. Sanũ aũt aut ablato cortice: ad vnã miliij vł panici mensurã. xv. aq̃ apponãtur. Ex aqua ita coctum grossum est ac durũ ad digerendũ: nec est etiam vētris constipatiuũ: grauat etiam stõachũ: ⁊ ex eo integrũ eijcit̃ ad intestina hic etiam grauat: iõ cito egredit̃ ab eis: hac ergo rõne stipticum nõ est. Mola autem tritũ coquatur ita: farine mundate decies tantuꝫ aque adiungatur: et postq̃ꝫ bis vel ter ebullierit: fricatum digitis excolatur: ⁊ colamentum suspectũ donec durescat excoquat̃: sicqꝫ comedere vtile est ⁊ ceteris subtilius est digeriqꝫ facilius: min⁹ vero stipticum ⁊ duruꝫ est propter substãtie absentiam. hec ip̃e. Sic itaqꝫ preparatũ manducetur: et nõ aliter: quoniam vt. Rasis inquit in. xxj. continentis. cap. cxcvj. autoritate gal. Panicũ frigidum est in primo gradu: et

siccum in secũdo: ꝛ est stipticum ꝛ paruz subtile: ꝛ nutrit min⁹ alijs granis ꝛ leguminib⁹ ꝛ desiccat vẽtrez. Et infra autoritate Diascoridis dixit. Panicũ ẽ min⁹ nutribile oĩ alio grano ex quo fit panis ꝛ post aliq̃ subdit. Et nutrit corp⁹ pauco nutrimento ꝑꝑ suã leuitatẽ: debilitatẽ: ꝛ siccitatẽ: ꝛ ob hoc stringit ventrẽ: ꝛ ꝓuocat vrinã: ꝛ hoc est de ꝓprietate sua: ꝛ calidi possunt eo vti loco risi. qꝛ ꝯstrigit calorẽ: ꝛ cũ coquit̃ cũ lacte nutrit laudabili nutrimẽto: ꝛ nõ strigit vẽtrẽ: ꝛ q̃ nõ diligit lac: decoquat ip̃m cũ aqua furfuris simile. ꝛ cũ oleo amigdalarũ dulciũ. Et cũ ẽ ꝑparatũ tali mõ ꝑstat bonũ nutrimentũ: ꝛ nõ stringit ventrẽ: ꝛ panis q̃ fit ex ẽo nutrit parũ: ꝛ stringit vẽtrẽ: ꝛ ꝯtrahit morã in stomacho ꝛ debilitat digestionẽ. ꝛ de ꝓprietate ei⁹ est cõstringere fluxuz ventris: ꝛ ꝓuocare vrinã. hec ip̃e. Ex quibus intelligat̃ qđ ꝛ quale sit nutrimẽtũ panici: ꝛ quomodo sit ad esum preparandum ꝛc.

¶ Cap. clxxij. ostendit naturaz et nutrimẽtũ pisorũ ꝛ robeliorum cuz ꝓprietatibus eorum.

PIsa q̃ vulgares nr̃i bisos appellãt vt sentire videt̃ autor pandectarũ species sunt orobi de q̃bus Gal. in lib. de cibis. ca. xvj. sic ait. Pisa cõsimile aliq̃d fabis scđm totã substãtiaz habentia comestaq; scđm eosdez modos cũ ipsis in duob⁹ his variant̃: quia inflatiua cõsimiliter fabis nõ sunt: ꝛ qꝛ abstersiuã virtutẽ nõ habẽt: ꝓpter hoc tardioris sunt digestiõis scđz virtutẽ fabis. Robelie vero vł robile ab eis differre nõ videntur nisi in quãtitate: qm̃ minores sũt pisis. de q̃bus Rasis in lib. iij. Almansoris inq̃t. Robelie frigide sunt ꝛ sicce: que parum nutrientes malũ generant sanguinẽ: neruisq; impedimentũ prestant. et in libro. xxv. cõtinentis. cap. j. sic etiam de eis scripsit. De pisis vel farculis appellatis Mes: debes eas comedere postq; elixe fuerint vehemẽter vt nõ inflent: neq; inferãt rugit⁹. Jsaac aũt in dietis particularib⁹ sic ait đ ipsis. Robelie frigide sũt ꝛ hũide in pmo gradu: ꝛ medie inter siccũ ꝛ humidũ: q̃rũ cortex stipticus est: a corticibus autem mundate laudabiles generant cibos: nec inflationem aut ventositatem faciunt sicut fabe. Ad vsuz edendi bone sunt in estate ꝛ in calida regione. Jtem ius ex illis velut et ex faba factuz valet ad corizam et ad tussim doloremq; in pectore. cocteq; cum ordeo ꝛ crisolacanna aut bletis febres patientibus prodest que ex sanguine nascuntur et cholera rubea. Qui autem propter diarie refrenationez illas volunt accipere cocta vna aq̃ effecta et alia addita admixtꝫ portulace ramis ꝛ succo malorũ puniculorum acidosorũ ꝛ oleo rosaruz sumãt: sed hec missa faciamus: cuz ad nostrum presens propositũ minime facere videãtur: haud tamen tenere nos possum⁹ quin aliquãdo in medicinalia curantia morbos procumpamus: cum difficile surgat quẽ moles cõsuetudinis premit: vt super Johannez inquit Augustin⁹ Magnum enim quoddam est cõsuetudo in singulis natura vtiq; fit: vt scripsit etiã Aristo. l. xxviij. problematum problemate. j.

¶ Capitulum. clxxiij. ostendit naturam et proprietates risi: et quibus modis debeat preparari.

Consueuerūt vulgares existimare ꝙ reubarba rū sit fortissima medici naꝝ oim infirmis ne quaq; ꝓpinā da: nisi in eoꝝ vite pte postrema cum nulla spes ampliꝰ vel fiducicia de ipoꝝ salute habeat. Nō itelligētes ꝙ si medici tunc medicina reubarbari vtāt: nō id faciūt: qꝛ ip̄; fortissima sit medicinaꝝ: s; qꝛ securissima et optima nullā ingerēs molestiam patienti sicut alie medicinaꝝ q̄plu res facere ꝯsueuerūt. Et ꝙ ita sit appet per Mesue di. Reubarbaꝝ ex medicinis benedictis ꝛ solēni bus: in quo aggregant multe ex intentiōibus que querunt in re fa ciente mundificatiōem ꝛc. Et ifra dixit. Nō est in eo nocumentū ap pārēs: ꝛ dat in oi tpe: ꝛ in oi etate ita ꝙ etiā pueris ꝛ p̄gnātibꝰ: ꝛ de elegātioribꝰ ꝛ melioribꝰ q̄ iūcta cū eo magnificāt operationē eius est aqua lactis sumpta ex capris ꝛc. Et eiꝰ declarās vtilitates ait. So lutiōe edurit cholerā ꝛ phlegma: ꝛ maior eius ꝓprietas est mūdifi care ꝛ cōfortare epar et stōachum ꝛ ꝯferre doloribꝰ pungitiuis coꝝ ꝛ visceꝝ: ꝛ clarificare sanguinē: et auferre oppilationes et morbos quoꝝ mr̄ ē oppilatio sicut hydro pis̄ m icteritiā ꝛ grossiciez splenis ꝛ febres oppilationū ꝛ silia. ¶ Ca sia q̄z fistula gustui satis delecta bilis est ꝑ tali corpis mūdificatio ne multū vtilis ꝛ secura: cū dicant autores de ip̄a ꝙ sit de medicinis in quibꝰ est fiducia iuuamētoꝝ: et est sine nocumēto carēs acuitate ꝛ mordicatiōe ꝛ oi excessu ledēte super cuiꝰ exhibitiōe presumit̄ oi etate. Ita ꝙ pueris ꝛ pregnātibꝰ: eo q̄d est equalis ꝯplexiōis hūida in p̄io lenitiua: resolutiua: clarifi catiua sanguinis: sedatiua acuita tis eiꝰ ꝛ cholere rubee: ꝛ nō est in ea nocumentu; apparens p̄ter ꝙ nocet debilia hn̄tibꝰ viscera ꝛ lu brica: quo ab ea remouet nocumē tum in permixtione myrobala noꝝ ꝛ reubarbari cū ea ꝛc. Cuius posse est: qꝛ mūdificat sanguinē: ꝛ cōpescit oēm acuitatē sedat sitim ꝛ ꝓprie cum succo endiuie aut so latri deputati ꝛ clarificati: sm̄ ar tem. Et ipsa q̄dem mūdificat stō chū ꝛ educit cholerā ꝛ phlegma ꝛ operat̄ illud sine nocumento et excessu: caret enim mordicatione. Et ipsa quidē lenit pectus ꝛ gut tur: et resoluit apostemata acuta in eis: ꝛ ꝯfert calefactioni renum sumpta cum diureticis ꝛ infusiōe liquiricie ꝛ prohibet generationē lapidis in eis et confert febribus calidis.

calidis. hec Mesue. qd & alij medicine doctores voluere: que propter verba breuitatis gratia relinquamus. ¶ Manna similiter & thamarindi medicine faciles non minusque delectabiles existunt pro tali purgatione humorum et precipue cholericorum: valde vtiles esse approbantur: cum easdem fermme virtutes habeant & operationes cum cassia & reliquis antescriptis. Et ideo sanis non minus quam egris quibusdam videntur conuenire: & si thamarindi ledant stomachum frigidum & debilitent: cum vt inquit Mesue: tamen & illud facile potest remoueri permiscendo eos cum spica succo feniculi & huiusmodi stomachum confortantibus. his igitur & similibus bndictis euacuantibus est vtendum: cum corporis aut membrorum repletionem ex malis humoribus congregatam voluerimus euacuare: postponendo scamoneam turbith: coloquintidam: hermodactylos: & talia laboriose soluentia in quibus venenositas existit: ex qua stomachus et membra principalia in eorum operationibus plurimum: vt supra visum est: impediuntur & debilitantur. Et sicut de simplicibus actum est: pariter et de compositis intelligatur. Nam composita pharmacha quecunque sint illa: siue pilule: siue electuaria: aut confectiones &c. Benedicta & secura dicetur si ex simplicibus laudatis et facilibus fuerint constituta. Si vero conficiantur ex venenosis: erunt proculdubio laboriosa. Et ideo sani bene debent aduertere cum se purgare voluerint: ne aliquod illorum venenosorum accipiant: cum pro eadem intentione suffecerint benedicta: quare &c.

¶ Cap. cclxxxiij. ostendit quando: quomodo: & que laboriose sint accipiende medicine.

Satis quidem apparuit ex dictis in c. cclxxx. li. huius quantum ex soluentes & laboriose medicine fugiende sint ex numerositate et suorum magnitudine nocumentorum: quare id mihi virtute munie replicandum sed potius declarandum: quod & si noceant: quandoque tamen eis vti necesse est: vt cum oportuerit materias grossas & difficiles in membris longinquis existentes purgare: easque ab illis eradicare: qd nequaque bndictis cum medicinis fieri posset: eo quod ipse ad locatam remota sua cum virtute munie posset peruenire: vt de podagricis: scabiosis et huiusmodi est videre: quibus aut nihil aut parum perfecto reubarbarum: cassia: manna & his similia conferunt: sed hermodactyli: turbith: & talibus fortioribus indigent: que suis cum iuuamentis non habent modicum nocere vt declarauimus: ideo in presentiarum dicamus quod si ab eis excusari non possumus: quia non solum in stomacho epate & similibus fit repletio. Uerumetiam in capite: aut iuncturis &c. huiusmodi mali chimi fuerint eradicatione indigentes: tunc eas accipiamus & non nisi postque sufficienter fuerint consolate: rectificate & correcte: quoniam Joannes Mesue in. c. j. & canone sic ait. Conis medicinarum secundum plurimum malitia est facere senescere corpus: & frequentibus illas lesionem afferre principalibus membris: & que sunt minuere virtutum & earum motores debilitare qui sunt spiritus & calor naturalis. Indicit ergo nobis necessitas admiscere medicis solutionem facientibus res quarum proprietas est confortare cor & membra principalia et afferre eis dispositiones laudabiles: & cum hoc auxilio acquiritur corpori reiuuenescentia et incolumitas. Res autem quarum auxilio facimus hoc sunt medicine cordiales & stomatic

che ꝛ cerebrales: ꝛ alie alioꝝ prin cipioꝝ ꝯfortatiue note. Uerꝝ sup oib⁹ his canō est: vt ꝯfortet cor in oi euacuatiōe: ꝛ hec dz esse intētio prima. Prim⁹ em̄ occursus oiz accidētiū occurrētiū corpi est ad cor tanq̄ ad basim vite. Scōa intētio dz eē ꝯfortare stōachū tanq̄ susceptorē: alioꝝ aūt ꝯfortationē ꝓsequi debere nō est principalis intētiōis: nisi ꝓprie qn̄ opz ex aliquo eoꝝ materias euacuare: q̄ fuit ēt principis snia in. iiij. j. plurib⁹ in locis. Et Gal. in. ij. regi. acutorum cōmento. xj. di. Oēs medicine solutiue sunt nociue stōacho ꝛ ꝓpric ou ei⁹ cū sit pluris sensus propter neruos q̄ oriunt in eo: ꝛ iō opz vt permisceant cum medicicia q̄dā medicie odorifere: vt nō occurrat virt⁹ medicinaꝝ solutiuaꝝ ori stōachi nuda simplex ꝛc. Et in libr. de experiētia. c. vlt. sil'r inq̄t. Medici ingeniati sunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua q̄ stōachū ꝯfortāt. Et ꝓpterea q̄ purgari voluerit cum pilulis aut aliis medicinis: quaꝝ receptas ꝛ descriptiōes hn̄t etiā a famosis medicātib⁹ traditas: debēt si medicinalē itelligāt sciētiā oia eas ingrediētia ꝯsiderare: ꝛ doses ꝛ q̄ntitates solutiuoꝝ ꝛ corrigētium bene ꝓpendere ꝛ videre si soluentia illa correcta sint sufficienter ꝛ cōsolata pro corde stōacho ꝛ ceteris cum cordialib⁹ stōatichis ꝛ silib⁹. Et si oia bene prepōderata cognouerit: studeat deinceps perscrutari si sue ꝯplexioni: ꝛ repletiōi ꝛ materie q̄litati ꝛ q̄ntitati atq̄ loco sint ꝯuenientia ꝛ sufficiēter directa: sic poterit ea solutiua sumere: l debita tn̄ do si ꝛ nō supflua: q̄ si aliq̄d p̄dictoꝝ eis defuerit nō accipiat aliqua ratione vel cā. Sed si hec omia equilibrare nescierit: melius est ei ne aliquid tale accipere presumat: imo cum sapienti medico ꝯsulat: et ab eius ꝯsilio nō discedat: q̄d si aliter fecerit sciat sua cum presumptione seipm̄ interimere vel saltem imprudenter egritudinib⁹ exponere: quare ꝛc.

¶ Ca. cclxxxiiij. ostēdit q̄ repletio sit euacuanda ꝑ vomitū: declarādo q̄ inde ꝓueniāt vtilitates et corpori iuuamenta: ꝛ qn̄ fieri debet.

Quia nō semꝑ natura nobis demonstrat repletionem vniuscuiusq̄ humoris per secessum esse euacuandam. Similiter etiā q2 nō semper substātia qualitas locus humoris ꝛ hmōi id nobis indicant cum semper nō appareāt in ventre rugitus: punctio: grauitas ꝛ talia ventris fluxū denotātia: imo in stomacho: qn̄q̄ nausea conturbatio et hmōi humoris leuitatem per vomitum expellendi significantia percipiunt. Ideo dicamus q̄ qn̄ in stomacho cholerам adesse cognoscemus ex suis signis et tps estatis fuerit: pectoris quoq̄ amplitudo cum consuetudine ꝛ reliquis hmōi ꝯsentientibus vomitū debemus tunc per superius ꝛ nō per ventrem euacuare: que quidem euacuatio a medicis solet vomitus appellari: et ab Auicen. in xiij. tertij tract. v. c. viij. sic diffiniri. Uomitus ꝛ subuersio sunt motus stomachi ad expellendum ex eo aliquid q̄d est in ipso per viam oris: que fuit Gal. sententia libro vj. de accidenti et morbo. cap. j. dicentis. Uomitus est motus per quem res in concauitate stōachi manens expellitur. Qui autē humor per ipm̄ sit apt⁹ euacuari ex-

pressit Prin. in. iiij. i. c. iiij. cum ait. Ex humoribus q̄ velocioris sunt obedientie vomitui: ſm plurimuz est cholera: rebellis vo melācholia: medium autem phlegma. In quo aūt tpe ꝯueniat ipse etiā nobis indicauit in. iij. i. doctri. v. di. Uomitus in hyme est abhorrendus. In estate vero bon⁹: qm̄ humores in estate sunt natātes. In hyeme vero ad sustinendum declinantes. Et in. iiij. primi. c. xi. inquit. Estas est tempus in quo magis est dignum: vt in ipso fiat vomitus. Que fuit Hypo. sententia in. iiij. aphorismo. aphori. iiij. di. Purgare quidez estate superiora hyeme vero inferiora opz: et precipue cum carnolitas stomachi: amplitudo pectoris colli et similium vnanimiter consenserint. Qm̄ vomit⁹ cū macredine vētris est difficilis ꝛ laboriosus ꝛ timorosus quēadmodū di. Prin. in. iiij. i. c. iiij. ꝛ. xi. sic em̄ in hoc postremo scripsit. hoies q̄ remotiores sunt ab hoc vt medicus eos vomere faciat: sunt q̄ pectus hn̄t strictum: ꝛ qui ptysi sunt parati ꝛc. In his em̄ oim̄ ſm medicantium sniam vomitus maxime suspect⁹ hētur. Sz si iā p̄dicta nō obstiterint grādis quippe erit et ꝯuenientissima euacuatio ad sanitatis ꝯseruatione: dūmō nō superfuerit: vt colligitur ab Auic. in. iiij. i. c. xiij. sic di. hippocrates p̄cepit vomitum fieri debere in vnoquoq; mense duobus diebus cōtinuis ꝓpterea q cū eo ꝯseruatur sanitas: hoc aūt plus est malum. Et huius causaz assignās inq̄t. Uomit⁹ mūdificat stōachū: et remouet grauitatez q̄ accidit capiti ꝛ clarificat visuz. et aufert fastidiuz ꝛ ꝯfert ei cui⁹ ad stōachū descēdit cholera q̄ ipsi⁹ corrūpit cibū ꝛ remouet abominationē que fit ꝓpter vnctuositatē ꝛ casum desiderij: ꝛ cōfert plurib⁹ infirmitatib⁹. sicut ibidē ipse scripsit di. Postremo ille cui quidem maius iuuamentū affert vomit⁹ est cuius ꝯplexio prima est cholerica ꝛc. Et in. xiij. iij. tra. i. c. xxxv. di. Nō opz vt in mense plusq; bis sani euomat. qm̄ ꝯsuescit natura eijcere superfluitates ad stomachum. deinde subiūxit. Scias q vomitus facilis leuis sine labore ꝛ nō frequēs in hora necessitatis est maximi iuuamēti. Et p hoc facilez vomitum commendauit: difficilem cōsequenter et laboriosuz prohibuit: vt postmodum in. c. vltimo eiusdem tractatus expressit cuz ait. Ex rebus magis nociuis stomacho est vomit⁹ laboriosus quamuis sit iuuatiuus ex parte purgationis: nocet; tamen plurimum cum debilitatiōe. Et ꝓpter ea dixit in tract. v. eiusdem. c. viij. In administratione quidem vomitus cum equalitate est iuuamētum maximum: verum assiduatio eius minime debilitat virtutē stomachi et facit ipsum lacunā sup fluitatū. Qd̄ siı̄r senlit Ra. in. iiij. Almā. c. xvi. di. Uomitus si vt debet temperate fiat: stomachū purgat. et digestiuaz efficit melioreʒ: corpusq; renouat et mundat: caput quoq; et sensum alleuiat visumq; acuit. q si mult⁹ fuerit corpus desiccabit ꝛ epati ac pectori necnō oculis et pulmoni nocebit ꝛc. Et iō ipse post aliqua sic ꝯclusit. Uomitus preterea non frequēter fieri debet: corrumpitur enim stomachus: et ipsi⁹ virtus destruitur: quare non nisi cum oportuerit fiat. Et apparet q sani secundum complexionis ꝛ repletionis coruz diuersitatem: diuersimode purgari debeant.

Ca.cclxxxv. oñdit quanta sit vtilitas et necessitas purgationis corpor in vere quõqz ex ea sani fiãt ab egritudinibus putridis securi etc.

Cũ ex his q̃ in superiorib⁹ dicta sunt: facile cõprehẽdi possit q̃ta sit purgationis vtilitas: quãtaqz ci⁹ necessitas in sanitatis ɔseruat' õe attñ p ampliori hui⁹ materie noticia decreuim⁹ hoc in.c. declarare quõ seu pp̄ter q̃d sit q̄ purgati adeo fiãt ab egritudinib⁹ et p̄cipue putrid; securi: nõ euacua: ũo minime: vt ex hoc ad corpus mũdificãdum in tpe veris hoies magis accedant. Dicam⁹ g̃ q̄ necessitatis cã purgatiõis p phleboto miã: secessum: vomitum: vrinã: et hmõi hec est. s. vt corpis supfluitates p viã indigestiõis vł ex malis nutriẽtib⁹ gñate tpe magni estus futuri in estate nõ ĩueniant: eo qz tales hũor supfluitates a regimine nature derelicte: et a calore naturali irregulate ab extranea tũc caliditate alterent et i ebulitiõe reponãtur. ex q̃ mali et putridi vapores eleuent naturales corpis humiditates extraneãtes: et extraneate sicut et ille nõ naturales putrefiãt: corpusqz ide i suis opationib⁹ impediat et egrotet. Sic nãqz fieri solẽt infirmitates: et ɔmarie putride: qm̃ vbi sunt putredinis cause sufficiẽtes: ibidẽ et putredo de necessitate reperiet cũ cã et effect⁹ se inuicẽ inferãt cu; vł̃r et ade quasi sumũtur: vt Arist. ait. in. ij. posterior tra. iiij. c. ij. In corpe autez nõ purgato cause putredinis inueniuntur. s. calor extrane⁹ et accidentalis hũiditas: ex q̃b⁹ ois ɔseq̃tur putrefactio: teste pho in. iiij. Metheoror et in. ij. pble. pble. xxxiiij. sic scribẽte. Putrefit oẽ qd putrefit ab extranea. caliditate: sicut a pp̃ria digerit: in estate q̃dem extraneum dñat pp̄ter qd putrescunt magis oia in ipsa etc. Aui. q̃z in. ij. j. doct. ij. c. xv. ait. Putredo non accidit nisi propter calorem extraneum. et in lib. de virib⁹ cordis. c. j. ij. tra. inquit. Dispositio humiditatis in quã agit calor innaturalis putrefactio nominatur. hec autem dispositio in corporibus immũdis et repletis inuenit qz ibi extranee existũt humiditates ab extinseco estatis calore alterate nõ par etiã a naturali cõmote et inflammate eo q̄ vias obturent et repleãt plerũqz p quas naratulis ipsa caliditas flabellari solet et refrigerari: et pp̄ter ea fit q̄ inde putrefactio in naturalibus et vtilibus ɔtinguat humoribus: ex qua diuerse egritudinum species generãtur: vt sensit Gal. in. v. Ther. cũ ait. Mõstratũ est in li. causar egritudinum q̄ illa sola putrẽt corpora q̃cũqz materiã hñt calidã et hũidã intrãte spirabilia et infiãmabilia manẽtia in calido et humido loco. Si ũo in motu fuerint et flabellentur et trãspirẽt possent vtiqz imputribilia custodiri etc. Et ob hãc causam necesse est vt corpora mundificentur. in vere ab extraneis et inutilibus humiditatibus siue cum phlebotomia: siue cũ aliis p̄fatis ingeniis vt sanguis et humores naturales puriores reddãtur: et mẽbra ipa mũdiora sicut ɔseruãda sanitas requirit: aliter em̃ impossibile vr̃ quin mors aut saltez aliqua et in breui q̃dẽ ɔsequatur egritudo quemadmodum sensit Gal. in li. de ɔstitutiõe artis medicatiue. c. ix. cum de p̄custodia corporum loqueret di. Preseruatiua

vtiq; pars artis erit quā & ꝓprie vocāt ꝯcustodiuā in prio gñe consistentiā hñs:qñ eñ vel multitudo humorum vel prauitas:vl'.obstructio:vel corruptiua ꝟtus.innascitur corpori periculuz est nō tarde egrotare hoiem:aliqñ aūt et periclitari summe difficile autez cognoscibiles sunt hmōi cause tā ꝙ nō cōtristantis hominem: sicut venenuz canis rabiosi.cuius nullum signum proprium inuenitur contineri in corpore anteꝙ perueniet ꝓpe rabiem qui est morsus. itaq; & interrogare propter has causas necessarium est medicum eos qui patiuntur de omnibus q̄ contingunt eis:quando enim mł'titudo aliq̄ vel cachochimia subnutritur in mole corporis:aut obstruitur aliquod viscus:adest nobis dignoscere ipsa per quedam sinthomata:que media aliqualiter sunt eorum que sunt in sanis et eorum que accidunt egris &c. hec ipse.Ex quibus apparet ꝙ q̄ mundificatus nō fuerit et si nullum percipiat aut saltem sensibile nocumentū:ex hoc minime cōfidere debet quoniam ei simile cōtinget subito qđ morsu a cane rabido accidere consueuit: scilicet aliqua grauis et perniciosissima egritudo.Et ideo recte quidez dictum est ꝙ vtile sit ad sanitatis conseruationem quinimo necessarium in tempore veris corpora et pre ipue repleta mundificare ꝯplectoriā siue cachochimiam eoruz euacuando:que causa est omnium fere corporis infirmitatum. quare &c.

¶ Cap.cclxxxvi.ostendit ꝙ sani preter omnia que dicta sunt debeāt se custodire a causis fortiter extrinsecus alterantibus: et que sint ille &c.

Iam visum est i superioribꝰ qualiter sani debeāt mūdos a superfluitatibꝰ ꝯseruare: vt humores coꝝ naturales nitidi et purificati nō putrescāt:et ꝯñr egritudines faciāt. Nunc aūt oñdere volumus ꝙ p̄ter id etiā necesse sit sanitatē cōseruāti vt minus caueat ea oīa q̄ sanguinez et reliquas vtiles & laudabiles corporis hūiditates habet plurime alterare:consumere: vel aliter quōlibet a sua consistentia ꝓmutare:ꝙ illa q̄ solēt eas inficere:et vt.s̄.diximus cōturbare. Nō minus eodē & humoribus et mēbris ipsis nociua sunt extrinseca desiccātia calefaciētia & hmōi fortiter eis occurrentia:ꝙ superfluitates in illis aggregate.Et iō dicimus ꝙ q̄ sanꝰ fuerit et mundus nulla morsus idigēs euacuatione:dz summa cū diligentia procurare ne aliq̄d valde intense de primis occurrat q̄litati:nā si fortis illa fuerit caliditas siue solis siue ignis extiterit:multū corpꝰ & hūores habebit desiccare:vt colligit ex illo verbo Prin.in.j.pri.do.iij. c.j.di. Caliditas maior ꝙ debet redit corpꝰ siccius ꝙ opz.et licet ipse de interiori intelligat:tñ & de extrinseca verificatur di. Arist. in xj.proble.problema.lvj. Calidūz et estus dissoluunt corpa.Et Gal'. in.ij.de simplici medicina distin. ij.capi. x. De proprietate caliditatis non est nisi vt resoluat et subtiliet et separet partes adinuicem. Pariq; ratione excellenti nō obuiabit frigiditati siue aque siue rei alterius fuerit quoniam frigiditati inest essentialiter vt oībus viritutibus sit contraria:vt Aui.dixit in.j.primi.doc.vj.c.iiij. vbi subiunxit.Frigiditas est pa-

ralyticuz faciēs ⁊ mortificās ⁊ ab oibus ꝓhibens operationib⁹. Et in.iiij.j.c.ij.ait. Superflua frigiditas ē ipsa mors innati caloris aut ei propinqua. Quod etiam sensit Gal. in.j. de febribus ad Glauconē.c.xiiij.cū inquit. Pari rōne nimi⁹ frigor vt nimi⁹ ignis occidit: ⁊ ita siccitas mlta vt mlt⁹ hūor necat. Silr ergo ⁊ q̄litates passiuas fugere opz et permaxime siccitatem et res illam inducentes: q̄ satis admodū icessanter ꝓcedit do nec nos interimat: vt Prin. ait. et Gal. cum eo de regimi. sanita. di. Semper magis ac magis desiccamur: et in libro.v. de simplici medicina distinc.vj.c.ij. Omnes res que exsiccāt finiunt humiditatez sanguinis: quare ingrossant eum ꝓpter hāc cām et minorāt ipsum ⁊c. Et iō sani debent se ab hmōi valde alterātibus custodire: que frequenter illis occurētia ꝯtīuis sanissimis: possunt eos egrotare facere et (vt diximus) etiā interire. Ab aliis quoq3 his similibus qualitatibus nocumentum aliqd inducentibus in sanguinem vel spm̄ cauere debent: q̄ suā voluerit ꝯseruare sanitatē: sicut ab excessiuis odoribus: qui ex longa cōpensatiōe seu receptiōe solent caput grauare ⁊ ipm dolere facere: vt colligitur ex.v. aphori. aphor. xxviij. Similiter ab Aui. in. primo ter. tra.ij.c.j. sic scribente. Omnia olefantia: idest aromatica sunt facientia sodam et proprie casia lignea et costus et zafaram et cinamonum ⁊ amomum: ⁊ aromatica oia sunt facientia sodam siue sint calida siue sint frigida ⁊c. q̄ fuit Arist. snia in.iij. proble. problma. xiij. di. odor omnis grauat caput. Et propterea decipiuntur ⁊ egrotant multi q̄ tempore estatis pomum cū laudano musco et hmōi cōtinue in manibus portāt ipmq3 sepenūero olefaciūt. Mltoq3 magis a fetoribus est fugiendum: q̄ sua mala cum qualitate habent plīmum spiritus resoluere: et virtutem debilitare: vt voluit Auic. i.j. cañ. Fen. doc. et summa scdis. c. aūt. cxxix. di. Ex his q̄ spm̄ euacuant nulla res est fetori similis. et p̄cipue fetori aque et venenosarum virtutū expansio in aere aut in corpore ⁊c. Et in cāticis tex. cō. cccxvij. di. Omne illud qd est; vltimati fetoris est vltiate corruptionis ⁊c. Qd etiā sensit Gal. in.iiij. de simplici medicina disti.v.c.j. cū di. qꝫ nostra natura id abhorret quod est parui odoris. sicut etiaz fugit oē illud qd parui existit saporis. Ex quibus apparet vt oia vno cōcludamus verbo: qꝫ q̄cūq3 extrinseca cuiusuis nature humano corpori nociua sunt ab oibus sanis fugiēda: et sicuti de p̄dictis expressimus: sic etiā ⁊ de reliquis intelligat: nō enī intendim⁹ hunc ad locū cās oēs extrinsecas adducere: q̄ diuersimode nr̄am p̄nt alterare: corrumpere: et pmutare sanitatē: tū q2 quasi existunt infinite: tū etiā q2 medicus de eis nō habeat pertractare artificialr: di. Ga. in.iij. Techni. tex. cōmē. ix. Alteratur igit corpus a quibusdam ex necessitate: a q̄busdā vero non ex necessitate. Dico aūt ex necessitate q̄dē q̄b⁹ impossibile est ipz nō approximare nō ex necessitate ho vt sunt reliq̄. Nāq3 semp in cōtinēti immorari: ⁊ comedere: ⁊ bibere: ⁊ vigilare necessarium est ei. Gladiis ho et bestiis nō necessarium est vti: vnde in priori quidez genere causarū circa corpus ars ꝯficit. Circa scdm vero nequaq3. Nos igitur de his nō necessariis

extrinsecis Ga. imitātes plura nō scribemꝰ. De aliis vero que nobis de necessitate occurrūt: iā sufficiē ter in p̄cedētibꝰ arbitramur dixis se, que si a sanis obseruata fuerit ꝑut iussimꝰ: proculdubio suā po terūt ꝯseruare sanitatē & vitā diui no ꝯcedēte numine vsq; ad vltimū senectutem ꝓlongare. quare &c.

¶ Cap. cclxxxvij. ostendit ꝙ sa nitatis restaurator scientificus esse debeat: & ante curationem cognoscere patientis naturam infirmitatem causas eius tem pora: postq̄ dicta dicendis cō tinuauerit.

DEclarauimꝰ vsq; mō q̄uo sani suā obseruēt sanitatē cō seruare: nūc aūt ostendemꝰ qualr̄ egri p̄habiti regi minis trāsgressio res valeāt sanitatē amissaꝫ recu perare: tradēdo modū vniuersa li solūmodo quo possint ab eorū egritudinibꝰ curari: sicut i. iiij. c. li bri huiꝰ ꝓmisimꝰ. Que res nō mo dicū affert vtilitatē: qm̄ si de vita vnicuiq; & nostra salute solicitudo ha bēda sit: permaxime q̄dē in egri tudinis tp̄e de ipsa vr̄ esse ꝓcurā dū: cū in grādi p̄iculo tunc sit vt q̄libet itelligit cōstituta. Et pro pterea dicamꝰ ad huiꝰ opis cōple mētū: ꝙ ad egritudinē expellen dā & ad suā pristinā sanitatē resu mēdā vnica tm̄ incedendū ē via que. s. hec est vt peritū & canonicū seu regularē & sciētifice ꝓcedētē i cura medicū infirmoꝝ astātes in ueniāt. Qui p̄ter traditas in pri mis opis huiꝰ capituli: has etiaꝫ dicēdas habeat ꝯditiōes: vt. s. oī cū diligētia mediciales obseruet intentiōes & astronomicas medi cine d̄seruiētes i eligēdo puꝰ & in ꝓpinādo: deinde optima patien ti medicamina in bonis & electis tēporibus: dicēte haliabate in. j. theoric. c. iij. Astronomia q̄z eget medicꝰ qua medicaminibꝰ electis tēporibus q̄bus est luna beatis & felicibꝰ cōtēperata planetis & sub cōpetētibꝰ figuris vtat̄. Conuene runt nāq; sapientes medicoꝝ: vt Rasis etiā ait. in li. ij. suoꝝ apho rismo. Qd̄ res oēs tēpoꝝ & aeris & aquaꝝ & cōplexionū & egritudi nū ex motu planetarū mutant̄. et ideo q̄cq̄d circa infirmū operat̄: grādi cū aduertētia & benigno fa ciat charitatis effectu: & nō tm̄ lu cri cā: vt oēs fere medici cōsueue rūt. Esse nāq; nō dꝫ vt halisbas inquit vbi supra: sꝫ. c. ij. medici ad q̄rendū in medendo intentio pe cunia: sꝫ adeo retributionē & me ritū &c. Ut igit̄ sciētifici a nugato ribꝰ secernant̄ & ab egris & ab oibꝰ aliis cognoscant̄: dicemꝰ. ꝙ si me dicꝰ sapiēs fuerit: & ad remouen dam egritudineꝫ & inducendam amissam sanitatē idoneus: talem postq̄ aduocatus fuerit ordinem scientificum obseruabit: scilicet ꝙ anteq̄ ad curā perueniat studio sissime ꝯsideret que naturalis sit patiētis complexio. & hoc trami te declarato in. xiij. libri huiꝰ ca. Similiter p̄cognoscere debet eta tem: cōsuetudinem artem: regio nem: et huiusmodi naturalia: et ipsis annexa: vt in notitiaꝫ egritu dinis valeat ꝯuenire. quibꝰ pre notatis debet deinde egritudinē & naturaꝫ eius indagare: quoniā nō est possibile curare ipsam: ni si medicꝰ eā cognouerit: vt prin ceps inq̄t in. iiij. primi. tractatu. ij. c. vij. Que fuit gal. sentētia in. j. regiminis acutoruꝫ commēto. iij. dicētis. Oportet vt in primis co gnoscamꝰ egritudinē q̄ sit. deide

Intēdamus post illud ad medicā
dum ipsaz:⁊ in libro.iiij. de inge-
nio sanitatis.c.iij.inq̄t.Uniuersa
liter verū est ꝙ nullā curādi signi
ficationē possum⁹ hr̄e ab eis que
ignota sunt.Et in li.v.eiusdē.c.v.
Semꝑ ante mētis aciez passionis
cognitionē habeas:nec tibi facile
leueqꝫ hoc videat̄: cognita itaqꝫ
egritudine dz deinde sapiēs ⁊ ca-
nonic⁹ medic⁹ causam ei⁹ vena-
ri.qm̄ nō sufficit scire naturā egri
tudinis:sꝫ etiā causaz ei⁹ cogno-
scere opꝫ.Cū dicat gal.in.ij.de fe
brib⁹ ad glauconē.c.j.Istud mo-
neo añ oia vt noueris discere cau
sas egritudinū.⁊ in libro de tipo:
tremore ⁊ iectigatiōe.ca.v. Mani
festū est ꝙ volēti curare laudabi-
liter necessariū ē cognoscere cām
vnde procedit eius egritudo. Et
iterū in ꝑmo de feb.ad glauc.di-
xit.Attēde istō vt cōsideres semꝑ
in oib⁹ egritudinib⁹ regionū qua
litatē:locoꝝ positionē:aeris tēpe
rantiā:tēpoꝝ rōnē:etatē:cōsuetu
dinē egrotātis:naturā corpis:et
an vitio corpis egritudo nata sit
an extrinsecus venerit ex cibo:an
ex corruptela aeris. Cū ergo hec
oia bn̄ ꝑpēsata cognoueris optie
scies q̄d ad ipaz egritudinē face-
re cōueniat:nā si causaz ignoras
quō curas:si eīm nescis an piculo
sa sit:an sine piculo egritudo: q̄d
nisi temere facis q̄cq̄d feceris si
sanes an poti⁹ accidas ignoranc
ris.hec ipse.Dz p̄terea medic⁹ de
necessitate intelligere i quo tēpo
re sit egritudo postqꝫ ipsaz ⁊ cau
sas ei⁹ cognouerit vt patet p gal.
dicētē vbi supra.Debet medicus
scire quatuor eē tēpora oiꝫ causa
rū:maxime febriū initiū.s.augmē
tū:statū:⁊ declinationē . q̄ nisi ea
optime itellexerit:grauiter ledet
nesciēdo:q̄d i initio:q̄d in augmē
to:statu : et declinatione febrium
debeat egrotāti adhibere:⁊ q̄ tē-
pore curet:⁊ qñ ab his abstineat:
vl' qñ eger dormire debeat vel vi-
gilare ⁊c. Et in lib . de tēporibus
morbi.c.vltimo dixit.Impossibile
est inuenire qualiter quis dietabit
neqꝫ qñ citabit absqꝫ quod determi
net certitudinal'r morbi tēpora.
Ex quibus apparet quod medi-
cus qui anteqꝫ ad curationē de-
scendat:hec oia nō obseruauerit:
minime ad restaurandū sanitatē
sit idoneus: quinimo expellend⁹
ne sua cum ignorātia patientē in
terimat.Quade re animaduertat
ad hoc vnusquisqꝫ qm̄ pleriqꝫ le-
uissime etiā egrotantes ex imperi
tia medici interiere.ideo.⁊c.

¶ Cap̄.cclxxxviij.docet cogno
scere medicū scientificū:ex hoc
ꝙ añ curationē egritudinꝫ sciat
⁊ pcuret virtutem fortē ꝑser-
uare:et debilem fortificare.

Inter reliq̄s sciē-
tifico adrecupan
dā īfirmis sanita
tē medico neces-
sarias ꝯditiones
hec p maxie ob-
seruāda est. s. vt
postqꝫ egritudinē causas ⁊ ei an-
nexa cognouerit: ēt ex pte altera
intelligat corporis virtutē ⁊ ei⁹ ro
bur seu fortitudinē : ⁊ an virt⁹ q̄
natura dicitur:sufficiēs sit ad su-
perandā infirmitatē: vel econtra
imbecilis ⁊ minime valēs ei resi-
stere . Qm̄ si fortis ad bellanduꝫ
cū egritudine fuerit: dz sic eā cō-
seruare:⁊ causam egritudinis ab
scindere.Si aūt debilis extiterit:
nequaqꝫ potēs passionis impetū
tolerare:dz ipsam postposita cāꝫ
sufficiētissime vigorare : ⁊ cū nu-
triētib⁹ fortificare: quēadmoduꝫ
voluit Aui.in.j.iiij.trac.ij.ca.vij.

di. Cũ iuuenis virtutē resistētez tolerātes abscinde cām ⁊ expelle humorē ⁊ abscinde cibũ. q̄ si in iuuenis virtutē deficientē: sis occupat⁹ in equādo cōplexionē cōtrariā ei: quare infrigida eā ⁊ viuifica cũ cibo: cũq̄ fortꝫ fuerit p̄ viuificationē ei⁹ ⁊ vincit ꝯtrariũ suũ. redi ad causaz. Que fuit gal. snia i. iij. terapētice. c. x. dicētis. Si disposi tio quā curare eligim⁹ idiget euacuatiōe. Imbecillis aũt virt⁹ vltima fuerit coꝝ que dispositionē sanāt nihil laborāti offerre i illo tēpore oi scđ̄z qđ renutriem⁹ virtutē. cũ aũt tm̄ fortitudinis venisse eā existimauerim⁹ vt aut nihil aut paꝝ ab euacuatiōe ledaꝶ: tũc ad dispositiōis sanationē incedam⁹ igiꝶ prima quidez intētio oīm est que ꝟtutis. ⁊ i. vj. eiusdē. c. j. sic ēt ait. Cũ dissolviꝶ quidē virtus nō tñ fortiter dissoluta ē sꝫ repugnat adhuc ad sinthōa solũ respicim⁹ q̄ citissime studētes destruere id. dissoluta ꝟo ꝟtute nō solũ sinthoma cessare facere: sꝫ ⁊ illā roborare studem⁹. Et ꝑptere̅a dicebat idē i. j. regiminis acutoꝝ cōmēto xliiij. Sublimior intētionum oīm est intētio sumpta ex virtute: qm̄ curās est virtus ⁊ nō medic⁹ q̄ cũ fortis nō fuerit nō ꝑdest curatio q̄modocũq̄ fiat vt p̄ceps innuit in. j. iiij. ꝑpterea solicitudo medici esse dꝫ circa corpis virtutez integratā ex vitali ⁊ aīali ⁊ naturali de quarũ custodia dꝫ semꝑ ꝓcurare: ⁊ ꝓmaxime de vitali cōseruatiōe: cũ dicat Gal. in. j. terapentice capitu. vltimo. Opꝫ dignitatib⁹ vniuscuiusq̄ particule ꝓuidere. Robori igiꝶ maxima quidez dignitas cordis est ⁊ oīꝫ necessarissima egrotātib⁹. cerebri ꝟo op⁹ ad vitā equale: nō tñ pari robore ⁊c. Et in tertio libro eiusdē. c. x. huius qđ dictũ est causaz expressit ⁊ necessitatē dicēs. has corporis ꝟtutes quidez custodire nihil aliđ est q̄ custodire vitā: mōstratũ eñ est q̄ qualitercũq̄ perēpta qualiq̄ ex eis vna necessariūꝫ est reliquas simul cũ eis ꝑire. Et ꝓpterea scđ̄z sanatiuũ opusculum intētio nobꝫ hec erit. In curatiuo ꝟo intētio ꝓportionalis ei ē egritudinis destructio. Et infra dicit. Maxia quidē dignitas est virtutum: qm̄ ipꝫ viuere nobis ex earũ custodia existit: q̄ est vita. Nihil aũt vtiq̄ vita est aliud in animaliũ corporib⁹: qm̄ neq̄ sani eē possum⁹ sine viuere ⁊c. Et iđ postea cōclusit. Uirtus igitur oīm primũ custodiēda oībus est: si fortis scꝫ fuerit. Si ꝟo nō fortificari dꝫ cuꝫ cibo viuificāte. vt diximus: donec valida fuerit ⁊ facta potēs ad resistēdũ egritudini ⁊c. Qui aũt medic⁹ ad hec que dicta sunt: nō animaduertit: m̄ltotiēs q̄dē errabit subitissimā ordinādo dietā: egrũ penit⁹ iterimentē: vt nōnulli carnificũ facere ꝯsueuerũt: hominib⁹ aquā loca pot⁹ ⁊ panatā subtilissimā ꝑ cibo exhibētes. cōtra quos clamat hippocrates i p̄io aphorismoꝝ aphorismo quinto cũ ait. In tenuibus dietis peccāt egrotātes: ⁊ ideo magis leduntur: oē cm̄ quodcũq̄ sit magnũ: fit magꝫ in tenuib⁹ dietis q̄ grossioribus: ꝑpter hoc ⁊ sanis fallaces sũt valde certe ⁊ ꝯstitute diete: qm̄ peccātia difficili⁹ fuerũt ꝑpter hoc igiꝶ tenues ⁊ certe diete fallaces sunt amplius paruꝫ solidiorib⁹. Et iđ in primo de febrib⁹ ad glauconē necesse est vt respicias ad egriꝟtutez: ⁊ ad impetum cause: et ad quantitatē virium eius qui egrotat ⁊ ad qualitatē morbi vt ne forte nō reficiendo ciboꝝ refectione

vires egroti cōsumas: et fortiter abstinēdo ad periculū ducas ꝛc. Qm eñ subtiliť ꝛ incōuenienter dietant infirmos q̄ a difficillimis occupanť febrib⁹: i nullo a carnificib⁹ differre videnť: sicut idē scripsit i.ij. Terapētice.c.ij. Et ppter ea medic⁹ sapiēs id minie facere ꝯsumeret: ꝛ nisi pacutissima foret egritudo ꝛ virt⁹ valde robusta ꝛc. In reliq̄s ꝟo casib⁹ semp de ꝯseruatiōe virtutis pcurabit: vt cū ei⁹ robore ꝯseruato citius liberet ab infirmitate patiētē. Et suā ei desideratam tribuat sanitatem.

¶ Capi.cclxxix. ostendit quomodo sapiens medicus virtutem corporis patientis conseruabit ꝛc.

Vt meli⁹ ab vnoq̄q; intelligať si medic⁹ sit sufficiēs reddere patiēti sanitatem: ꝛ an recto calle i egri curatione procedat ostendamus quonam modo virtutem corporis ipse habeat conseruare postq̄ in superiori ca. declarauim⁹ id tantū ei necessariū esse. Et breuiter dicamus q̄ si egritudinē naturā ei⁹ ꝛ tēpora ipsius cognouerit: vere q̄dē sciet. qualiť habeat virtutē corporis ꝛ naturā cōseruare: qꝛ scdm ppinquitatē aut remotionē ꝛ distantiā status morbi: subtili⁹ aut grossi⁹ dietabit scdz hippocratis sniam i primo aphorismoꝝ: aphorismo.vij. dicē. Ubi scdm acumen egritudo continuos ꝛ vltimos labores hꝫ: vltima ꝛ tenuissima dieta necessariū est vti. Ubi autē nō: nō. Uel cōuenit grossi⁹ reficere ꝛ tantū sub cō descēdere quātū egritudo mollior fuerit vltimis ꝛ i aphorismo ix. eiusdē inq̄t. Contemplari opꝫ egrotātē si sufficiat dieta ad statū egritudinis ꝛ vtrū ilic deficiat pri⁹ ꝛ nō sufficiat dieta aut egritudo deficiat ꝛc. ꝛ in.x. eiusdē. Quibus cotinu⁹ status: cōtinuo ꝛ tenuerit reijcere opꝫ: q̄b⁹ ꝟo posterior stat⁹ ad id ꝛ ante id paꝝ auferendū est pri⁹ vero vberius reficiēdū vt sufficiat egrotāti. Si igiť lōga fuerit infirmitas vt quartana: quotidiana: paralisis: podagra: ꝛ hmōi: remot⁹ valde erit earū status: ꝛ ppterea nō est a principio subtilianda dieta: qꝛ patiēs anq̄ ad statū pueniret: i medio vie deficeret: eo q̄ vt⁹ animū hilareť. In acutis aūt ecōuerso facere ꝯuenit quia cū status sit valde propinquus casuꝫ virtutis nō timemus: iō subtiliter reficim⁹ etiā in principio iparū: vt in sinocha: squināstia: pleuresi: ꝛ hmōi. Et ppterea dicebat Gal. in lib. de tempori⁹ morbi.c.vltimo. Qualiť autē quis dietabit impossibile est inuenire: neq; quādo cibabit absq; qd determinet certitudinaliter tēpora morbi. ꝛ post aliqua ibidem subiūxit. Quantum magna est laborātis virtus considerandū est. nā si suffert in status tēpore absq; q̄ cibum afferat melius est incibari: donec declinatio incipiat. Si vero nō est possibile incibantem sufficere: nutriendum ipsum a principio mox i omni tēpore potentē accipere cibū. Et in.c.xiiij. primi tracta. de crisi sic etiā inquit. Tu nō euacuaris i aliqua horaꝝ a malitia regiminis: cū nō ꝯscis quādo erit status egritudinis: ꝛ illud iō q̄m si tu nō ꝓcesseris ei i regimie a ꝓncipio egritudinis scdz ppinquitatē stat⁹ ei⁹ aut elongationē ipsi⁹: tūc nō euacuaberis quin ledas egrū nocumēto magno. A q̄ rasis in.x. Almanso.c.xxiii. accepisse videtur cum ait. Nutricatio

non mensuratur nisi secundum status propinquitatē et longitudinē. Similiter etiā Priceps in.iiij.j.c.j.di. Quāto egritudo plus principio propinqua fuerit et accidentia magis quieta: nutriemus virtutē cōfortantes: et quātum egritudo per augmētum processerit et accidentia etiā ibi augmētata fuerint: minuemus dietam propter fiduciam quod virtus non resoluetur immo vt alleuietur in hora luctaminis. Et in.j.iiij. tracta.ij.c.viij.de cibatione febricitātium. Dignior horarū ad ingrossandū est principium in quo virtus nō est multum occupata. dignior horarū ad subtiliandū est status in quo est vehemētia occupationis nature in pugna materiei etc. Medicus igitur scientificus virtutē hoc modo conseruabit cibando vberius in principio: minus autem in augmento. minime aūt aut quasi paruissime in statu vt natura patientes etas: consuetudo tēpus: anni: morbus: causa eius accidens et hora ipsius requisiuerint. Non vt aliqui faciunt bestiales: qui adeo in principio subtiliant vt in augmēto vel statu ob casum virtutis superuenientē dietā post modū in patiētis interitū coguntur ingrossare: et hoc ideo quia librū aliquem vtilē nunquam aperiūt. contra quos haliabas in primo Theorice. c. ij. dixit. Oportet medicum lectiōe occupari studioque cōsiderationis librorū: nec negligat aut fastidiat eos. Die quoque ac nocte cogat seipsum ad eorum custodiam: memoriam incundo omnia cōseruet necessaria: et de sciētia operatione reuoluat: et exerceat in eis suam mentē: vt nō oī tpe egeat librorū cōsideratiōe: et hec ipse. ex quibus patet medicū sapiētē eē oportet vt sciat infirmorum virtutē custodire. Qui aūt nō fuerit huiusmodi nō erit idoneus ad sanitatis restaurationem.

¶ Cap.ccxc. ostendit quod medicus sapiens ex hoc etiā cognoscatur quod in primis causam egritudinis studeat remouere et eā omnino abscindere.

Peritia studiosi medici propterea quod dicta sunt: ex hoc etiā facile cognoscetur: si stāte virtutis cōstātie et eius robore ad amouēdā infirmitatis causam studuerit: an ipsam neglexerit: et alteram non impeditus viā tentauerit: quoniam irrationabilis existimabitur si causam potēs nō amouerit cum principalissimum sit curationis instrumentum quinimo vera infirmitatis curatio: dicente Auicen. in.xvij. tertij. trac.iiij.c.ij. Curatio vera est icisio cause. et in iiij.j.c.vlti. Impossibile est vt febris remoueatur causa ipsius remanente. Quod quidē dictū de vno quoque morbo itelligi pōt: et propterea ipse i.j.iiij.trac.ij.c.vij. sic precepit. Cū inuenis virtutē resistentem: tolerantem abscinde cām et expelle humorem etc. Et in parte ij. canticorū inquit. In oibus sunt prius auferēde cause efficientes si fiat recta curatio. In cuius cōmēto dixit Auerro. Cura egritudinis formaliter est inutilis nisi prius cause eius auferantur. Que fuit Gal. sniā i.iij. techni textu cōmēti.xciiij. dicentis. Unū cōmune oportet hre preceptū efficiētē vnāquāque causarum abscindere prius: deinde sic deuenire ad eā que facta est discrasiā. et in lib.iiij. de ingenio sanitatis. c. iiij. oēs antiqui qui precesserūt causam auferendā esse: et prohibendam nō solū vulnerum sed aliorum morborum demonstrarunt et in primo Terapeutice. cap. xj.

sil'r inq̄t. Ad cām semꝑ ibim⁹ co-
gnoscētes ꝙ nō ē possibile final'r
vllam dispositionē sanare adhuc
manente cā faciēte eā: ⁊ in li. iiij.
eiusdem ca. p̄mo. Causam sana
re opꝫ primum: non negligentes
extinguere febrem q̄ ex ea accēdi
anticipauit. ⁊ in. v. eiusdē. c. iij. di-
xit. Febrē sanari īpossibile est nisi
cessset putredo. Cessare vo cā im-
possibile est manēte causa. Absci-
dere igit opꝫ cām eius si dꝫ prior
q̄dē putredo postea vo febris sa
nari ⁊c. Et ꝓpterea inq̄t Rasis in
x. Almansoris. c. ij. Febris enim
ilico sedabitur cū cā eius remota
fuerit. Et Auer. in septimo coll-
get. Cum accidens non timetur:
tunc studeas causam totaliter re
mouere: qm̄ taliter ip̄m infirmum
curabis cōplete. Ecce igit ꝙ oēs
antiqui sapientes concordarunt
ꝙ causa egritudinis primo sit re-
mouenda: ⁊ postea ipsa discrasia
abijcienda contra empericos ir-
rationales ilico ad localiū appli-
cationē ꝓcedētes: vt in dolore ca
pitis consueuerunt q̄ primum ad
uocati vt plurima scire videātur
emplastra: vnctiōes: epithimata:
⁊huiuscemōi frigida iubēt appo-
ni. Et cōsil'r in febrib⁹ ifrigidātia:
vt vnguentū galeni: cerotū san-
dalinū ⁊talia absq̄ hoc ꝙ aliqua
precesserit necessaria purgatio.
Uñ fit ꝙ egrotātes deteri⁹ semꝑ
se habeāt multiq̄ moriant nō pre
existētis morbi fortitudine: sed ex
supueniētis erroris grauitate. Et
iō sapiēs medic⁹: cū necesse fuerit
anteq̄ ad talia pueniat: cum eua
cuationib⁹ ꝓcedit obediēs prin-
cipi in. j. quarti trac. ij. c. xlvj. dicē
ti. Scias qđ esse contētus infri-
gidatione ⁊ dimittere phleboto-
miā ⁊ ventris solutionem addit
in oppilatiōe⁊ coarctatiōe: quare
additur putredo ⁊caliditas in fe-
bribus. ⁊ Rasis in lib. de egritudi
nibus iūcturarū. c. xviij. sic scribē
ti. Unguēta ⁊ emplastra: qñ corp⁹
fuerit plenū multis humorib⁹: at
trahunt humores ad loca magis
q̄ dissoluāt qđ sensit Gal. in. v. li.
Terapētice. c. xv. dicēs. Neq̄ bal
nearem vtiq̄ aliquē eorū q̄ in pu
tredine febriū neq̄ frigidis vte-
rer cathaplasmatib⁹ anteq̄ eua-
cuarē supfluitates. Euacuatis vo
iām cōfidenter ⁊ cathaplasmarē
⁊ balnearē. Ex quib⁹ satis appa-
ret ꝙ rōnabilis medicus dꝫ p̄i⁹
in oī curatione cām egritudinis
abscindere: ⁊ eam totaliter amo-
uere: nisi fuerit ob aliqđ ꝓtimēdū
accidens impeditus. Postq̄ vero
sufficienter euacuauerit secure lo
calibus ex hmōi extinguētib⁹ vel
calefacientib⁹ vti poterit: vt qua-
litas discrasie ex cā ⁊ morbo ge-
nerate expostulauerit. Qui autē
hoc tramite nō incesserit: ipsemet
suā astātib⁹ imperitiā indicabit:
vt eū tanq̄ inutilē: imo maxime
periculosum: pro ut sua merēt in-
sciētia expellāt: q2 longe facilius
mortē patiēti q̄ sanitatē amissam
reddere valeat. quare ⁊c.

¶ Cap. cccxcj. ostēdit medicum
sciētē infirmo reddere sanitatē
debere cām egritudinis abscin
dere per cōtraria ⁊ per eadem
quecunq̄ alia curare.

Diximus in superiori
cap. ꝙ medicus semꝑ
debeat nō impeditus
causaꝫ egritudinis re
mouere nunc osten-
damus qualiter eā: si sapiēs fue-
rit: abscindere debeat: vt ex hoc
sua magis sufficiētia inotescat. Et
breuiter dicam⁹ ꝙ si canonicus ⁊
recipiēd⁹ extiterit: cū Zeij id ha-

debit perficere. Uñ si egritudo ex repletione humoꝝ ꝯtigerit: cum euacuatiõe curãda erit ꝑ phlebotomiã.s.aut ꝑ pharmaciã scdꝫ qđ significãtia demõstrabũt: vt in precedẽtibus sufficienter admodũ ꝑ sapientũ dicta fuit declaratum. ꝛ ꝙ ita sit manifeste patet ex illo hippo. dicto in.ij. aphorism. aphorismo.xxij. sic sonãte. Ex plenitudie quecũqꝫ egritudines fiũt euacuatio sanat: ꝛ q̃cũqꝫ ab euacuatione plenitudo et alioꝝ ꝯtrarietas. In cuius cõmẽto Gal. inq̃t Neqꝫ diutius in his immorãdum est cum omne cõtrarium suo contrario sit medicãdum: qđ ostẽdit ipsa natura morboꝝ: ꝛ accidẽtia morbos comitãtia. Et in cõmẽto xviij.j. regiminis acutoꝝ. Medici intentio non est nisi opponere cõtrariũ ꝯtrio: vñ curatio febriũ est per infrigidationẽ ꝛ humectationẽ. Et in lib.ij. eiusdẽ cõmento.ij. dixit. Oportet vt facias trãsire ꝑ mentẽ tuã in oibus horis ꝙ medicatio fit ꝑ oppositionẽ cõtrarij cũ ꝯtrio. Et in.iij. Techni textu cõmenti.lxxxij. sic etiã qt. Curatio quidẽ vnũ hꝫ modũ ꝛ maxime cõmunẽ intentionẽ.s.ei qđ soluendũ est cõtrariũ. Et in lib. de ingenio sanitatis.c.iij. Naturale custodiẽdum est ꝛ ꝯfirmãdam: vnde silia semꝑ sunt sibi necessaria. Qđ aũt est ꝯ naturã expellendũ est ꝛ eijciendũ. Unicuiqꝫ eñ tali cõtraria sibi cõueniunt: qm̃ quicq̃d destruitur: necessario ꝑ id qđ ꝯtriũ sibi est mutat̃: nõ eñ hoc fieri põt nisi cũ suo cõtrario. Et in.iij. Terapentice.c.xij. dixit. Una sola generalissima est intentio sanationũ contrarietas. Et in.v. eiusdem.c.xij. Non est dicẽdum ꝙ quãdoqꝫ vex sit cõtraria contrarioꝝ existere sanationes: quãdoqꝫ ṽo falsum: sꝫ semꝑ quidẽ verũ est. Et.j. post aliqua subiunxit. hoc paruũ quidẽ dictum est.s. cõtrarioꝝ existere sanationes maximũ autẽ inuenitur virtute. Quod etiã voluit Auicẽ. in.iiij.j.c.j. cũ scripsit. Cum egritudinis qualitas scita fuerit: erit medicina eligẽda q̃ ei in sua qualitate sit ꝯtraria: qm̃ egritudo suo medicat̃ ꝯtrio sicut ꝯseruat̃ sanitas suo silï. Et in.xiij.iij.trs.ij.c. xxij. sic ẽt inq̃t. Ois cura facta ex causis cõplexionalib⁹ curat̃ cum suo ꝯtrio. Que nõ solũ medicoꝝ: verũetiã Arist. fuit snia. in.j. ꝓble. problemate vltimo dicẽtis. Sunt autẽ egritudines he quidem ab igne he ṽo ab humiditate. Curãtur aũt egritudines q̃ quidem ab igne hũiditate: q̃ ṽo ab hũiditate ab igne hũiditatẽ eñ ignis exsiccat. Sic igit̃ ptꝫ ꝯm oim illustriuꝫ antiquoꝝ sniam: ꝙ curatio fieri debeat ꝑ ꝯtria: vñ si causa egritudinis fit repletio: dꝫ corpus euacuari. Si ṽo cã infirmitatis fuerit inanitio vt in ethica contingit: dꝫ ꝑ cõtrariũ.s. ꝑ appositionẽ nutrimenti curari. Et si morbus ex caliditate prouenerit ꝑ frigida sanetur: ꝛ si ꝑ frigiditatẽ cũ calidis medicet̃ ꝛ hoc stãte solũmõ mala et ꝓterea naturali sine materia qualitate: vt sensit hippo. in.v. apho. aphorismo.xix. dicẽs. Quecunqꝫ infrigidata sunt recalefacere opꝫ ꝛ supple quecũqꝫ supercalefacta infrigidare necesse est. Cum curatio quelibet ꝑ ꝯtraria fieri debeat vt dictum est supra. Ideo concludamus ꝙ quecunqꝫ causa fuerit egritudinis: scꝫ primitiua: antecedens ꝛc. siue per se: siue ꝑ accidẽs morbum faciens aut ad id coadiuuans: vnaqueqꝫ talis debeat remoueri: et cum suo contrario per inanitionem: repletionem vel

simplicem alterationez vt natura expetit infirmitatis. Quod q̄ medicus non obseruauerit: carnifex potius ⁊ homicida q̄ȝ medicꝰ appellādus est vt illi ꝓmaxime q̄ ex sola vrine ispectiōe pharmaca infirmis mittūt exoluentia: cū potiꝰ restaurātia quādoqȝ sint eis necessaria eo q̄ ex nimio coitu vel superflua defatigatiōe laborent: ⁊ solutiua sumētes fortia silr cū humoribꝰ vitā emittūt. Et ꝓpterea cōtra hmōi macellatores clamat Rab. in lib. vj. suoꝶ apho. di. Nō sunt pauciores egritudines q̄ cū defectu accidunt: q̄ȝ q̄ ex superfluitate ꝓcedant: ⁊ in hoc magistroꝶ error existit q̄ statim ad purgandū sunt prōpti. Silr Damascenꝰ ait. Morbi ex penuria quātitatis nōminusq̄ȝ de plenitudine nimia nascunt: vñ medici multi in temeraria purgatione delinquunt plerūqȝ ⁊c. Qua de re sapiens medicus talia nō eligit ꝯua nisi ea corpori necessaria cognosceret. Bestialis autē ⁊ imperitus illico currens ad purgātia omni quaqȝ expellatur ne ꝓ sanitate insalubri morbo necē inferat patienti.

¶ Cap. cexcij. ostēdit salutiferū medicū in morbi curatione cōtrariuz subito ⁊ vehemens nō debere applicare: sȝ paulatim semper ⁊ ordinate.

ET si necesse sit medicū cuz contrario semper in curatiōe ꝓcedere vt in superiori cap. diximus: non quōlibet tamē id facere sȝ. Imprudēs eni ⁊ ignarus ⁊ oīno q̄ȝcitissime expellendꝰ medicꝰ: cū potiꝰ ꝑ fenestras domꝰ eiciendꝰ foret: si diuinū id ꝑmitteret preceptum fortissimum subito cōtrarium induceret: sic citius existimant sanare patientē. Scientificꝰ aūt ⁊ honorādus medicus id minime facere ꝑsumet: q̄nimo paulatim ⁊ securissimo cum quodam ordine ꝓcedet memorās q̄ non alia incedendū est via dicēte hippocrate in. ij. aphorismo. aphorismo. lj. ſm multū ⁊ repēte euacuare aut replere aut calefacere aut infrigidare aut aliter quōlibet corpori mouere fallax est: et oīno nature inimicū: paulatim vo certū: ⁊ ex alio ad aliud trāsire nō aliter decet. Et Gal. in. iij. techni textu cōmēti. lij. Medici q̄dē dispositiōes corrigere debēt ex multo studio paulatim trāsferētes in melius: qm̄ nō sustinet natura repētinas immutatiōes. Et in. v. de ingenio sanitatis. c. vltimo. Opȝ nos incipere a paruis ⁊ minimis medicinis: q̄bus nō ꝑualentibus fiant fortiores et magne: qđ congruit passionibꝰ in q̄bus patientes securi sunt de vita: sed his in quibꝰ infirmꝰ morit minime imo fortioribus indigemꝰ. Et in. vj. terapētice. c. vj. Alteratio q̄ paulatim fit nūq̄ȝ petit dolorē facere: sȝ necessariū est repētinā silr ⁊ violentē fieri trāsmutationē sȝ dȝ aliqđ dolor fieri. Qđ ēt sensit princeps in. iiij. j. c. j. cū dixit. A debilioribꝰ ad fortiora est ꝓcedendum quādo debiliora nō sufficiunt. et in. j. iij. c. xxix. Oportet (inquit) vt incipiamus a debiliore: et gradatim procedamus donec sciamꝰ ex dispositione egritudinis q̄ ipsa iam sit abscissa. Et in tracta. v. c. xiiij. eiusdem ait. Oportet quidē vt incipias a debiliore vnctionem ⁊ videre si cōferat: et si non: adde et permuta ad aliud qđ illo sit fortius. et in. ij. tertij. cap̄. j. Oportet vt faciliori incipias: et gradatim peruenias ad illud in quo sit

virtus equalis: et in.c.iiij.eiusdem inquit. Non pperes in vsu medicinarum fortium in principio rei: imo tarda. Idem quoque voluit in.xviij. tertij tra.ij.c.iij.dic. Cum potes curare cum eo quod est minoris acuitatis: non intendas ad aliud quod sit acutius. Cuius quidem ro est ab eodem assignata in.xiij.fen.eiusdem tra.iij.c.xiij.sic scribente.oportet vt non sit subito: quod.s.facis: imo secundum vices: nam illud quod subito est mortale est. Que fuit Arist.sniam in.j.pro ble.pb.viij.di. Mutatio vehemens corpora corrumpit: et propterea non est subito alterandum: neque repente euacuandum: cum euacuationis superfluitas innati caloris naturam destruat: vt dixit princeps in.j.cano.fen: doctrina: summa et c.secundis.et.iiij.primi.c.iij. Ois euacuatio que est superflua secundum plurimum febres generat: et ideo conclusit in.iiij.tertij.c.v.circa finem. In euacuatione conuenientius est vt multiplicetur numerus eius: et minoretur quantitas eius omni vice: quatenus conseruetur virtus. cuius simile voluit in.xiiij.tertij.tra.iiij. c.xiij.cum ait. Rectius quidem est vt euacuatio non fiat in vice vna subito et cadat virtus: imo paulatim ne ipsa perueniat ad multam debilitatem. Et ideo concludamus cum Galen.in.vj.Terapeu.c.iiij. sic scribente. Si euacuatio et alteratio fiat paulatim: opus erit sanatiue artis. Si vero repente et secundum multum minie. Quamobrem si ronabilis fuerit medicus: ex hoc dignoscet quod cum alterabit a facilioribus inchoabit. Si vero euacuabit per phlebothomiam: pharmaciam: vel aliam huiusceemodi secundum vices multiplicatas et non semel materiam eradicabit. Qui autem hoc non obseruauerit pro quo tantum laborauimus et non sine causa: minime debet pro sanitatis restauratione retineri: quare etc.

¶ Ca.cexciij.ondit ronabilem medicum non debere ad ppinandum solutiua festinare: sed prius corpus lenire: canales aperire: et humores digerere.

Si igitur paulatim: vt iam diximus: in curatione procedendum est: consequenter ad fortem aliquam euacuationem non ita repente procedendum erit: vt quidam emperici consueuerunt ad multa et grauissima producentes corpus nocumenta: eo quod etiam in principio morbi omni altera postposita consideratione materiam infirmitatis intendant euacuare: per quod quidem eorum imperitiam vnicuique facile declarant. Sapientes vero nequaquam id presumunt: eo quod ex librorum studio recte quidem intelligunt quod prius lenienda sint corpora: et post aperiendi: et canales dilatandi: humoresque digerendi: et ad euacuationem preparandi: et precipue cum materia: non extiterit furiosa. In principijs ergo infirmitatum cum clysteribus procedunt: scientes quod enema est medicamen nobile in expellendo superfluitates que sunt in intestinis: vt Princeps ait in.xiiij.primi.c.xvij. Similiter in.j.quarti tractatu.ij.ca. vij.cum inquit. Quod magis dilectum est apud me: est administratio clysteriorum secundum vltimitatem qua indigetur in virtute: id est secundum vltimam vtilitatem. Et in.c.quarto eiusdem tractatus. Clysteria sunt magis dilecta in principio egritudinis quam solutiua alia. Quod sensit Hippo.in libro de pharmacijs: circa finem: cum ait. Si quem oportet clysterizare ex congruit quotiescunque volueris: nam

nus em piculosuz est q̄ pharmacias purgatiuas tradere. Cū ipis ergo ꝛ siſib⁹ medic⁹ vtilis ꝛ scietifi cus añ purgationē leniet corpa: vt obediat hippocrati in.ij.apho riſ.aph.ix.di. Corpora vbi q̄s vult purgare opꝫ fluxa facere.. In cui⁹ cōmento Gal.inq̄t subtiliādi sunt humores grossi ꝛ viscosi: ꝛ ēt sunt aperiendi pori.i.cānales q̄b⁹ valeāt currere: et medicaminib⁹ extrahi ꝛ expelli facile tēperata me dicina qua nō ꝯturbeẽ natura: qđ qui neglexerit ꝛ ad medicinā tm̄ intenderit: hūores grossos et angustiosos reddit: ꝛ cū nimijs torturis defectiōib⁹ q̄ꝫ ꝛ vertiginibus multis: ꝛ pulsibus inordinatis: et his siſibus. Digeret ergo medic⁹ sapiēs humores: memorās qđ dixit Gal.in.iij.techni textu ꝯmenti lxxxix. Digestio facit cessare putre dinez manente substātia. Et in li. j.de crisi.c.ix.cum inq̄t. Non expedit tibi vt administres medicinam solutiuā: nisi postq̄ digesta ē egri tudo: et nō in principio vbi cruda est materia: opꝫ vt administres illud qđ nō min⁹ sensit Aui.in.iiij.j. c.iij.di. In chronicis egritudinib⁹ maturatio tm̄ ꝛ nihil plus expectādum est: ꝛ in acutis etiā egritu dinib⁹ maturationē expectare me lius est: ꝛ precipue cuꝫ quiete fuerint: q̄ si mobiles extiterint: tunc ad euacuādum materiā festinare erit meli⁹: qm̄ impedimētuꝫ mot⁹ eius est maius q̄ sue euacuatiōis nocumentum anq̄ ipsa sit matura: ꝛ ꝑprie cum humores fuerint subtiles ꝛ in ꝯcauitatibus venaꝝ. Et infra subiunxit. Cum humor fuerit in vno membro cōprehensus: nullo modo moueaẽ donec maturetur: ꝛ essentiā habeat tem peratā. Et iteꝝ pōst aliq̄ subdit. Illđ qđ mag ꝯcustodire debemus in euacuatiōe: est cānaliū habitu do ne ipi sint clausi: qđ tibi possibi le erit si añ maturationē vētrē sol uas.i. materiā cū leuib⁹ minuās. Et i.iiij.eiusdē. Añq̄ vētris fiat so lutio aut vomit⁹: ꝑmittēda ē hūoris subtiliatio q̄ euācuā d⁹ē: ꝛ am plificatio cānalium ꝛ ipoꝝ aptio: qm̄ hoc est ex eo qđ corp⁹ a pena securū reddit. ꝛ in.c.seq. Ex cā timorosa est vt medicia vētris solutiua sumaẽ fece i intestinis existen te sicca: imo expellēda est saltem cū clysteri aut iure mollificatiuo. Et sic innuit nobis per hec q̄ dixit q̄tū lenitio añ vētris solutiōez sit necessaria. Quātum aũt digestio hūoris euacuāda sit opportuna: satis equidem patefecit cum in.j. iiij.tra.ij.c.vij.scripsit. Non euacues materiā indigestā in calido: neq̄ in frigido: nisi ꝑpter necessitatem. Et infra. Si nō est digestus humor nō moueas: nisi in ꝑncipio apud statuꝫ v̄o nō moueas aliq̄d donec vicat natura ꝛ digerat. Que fuit hippo. s̄nia in.j.apho.aphor. xxij.di. Digesta medicari ꝛ mouere nō cruda: nisi in principio fuerint furiosa ꝛc. Ex q̄bus satis apparet q̄ nō sit festinādum ad medicinas exhibendum solutiuas: imo paulatim ꝛ ordinate ꝑceden dum.s.prius leniendo: aperiendo mollificādo: subtiliādo: ꝛ hūores crudos digerendo. Quem qui medicus ordinem non obseruauerit: irregularis et penitus inutilis dicetur: et minime ad restaurandum sanitatem amissam idoneus: quare ꝛc.

¶ Ca.ccxciiij. oñdit bonū medicū debere etiā in ꝑcessu nō semel cām morbi eradicare: ꝛ declarat quas in egritudine materiali curatiuas intētiōes opꝫ ipsum obseruare.

¶ Ut medicus

At medicus sapiēs melius dignosceret nobis visuʒ est ⁊ hāc inter al's ei necessarias ꝯditiōes annotare debere : scʒ vt postq̄ cognouerit morbi materiā digestā esse ⁊ cannales apertos fore:⁊ cetera oīa (que superius diximus) ꝑparata ad hāc egritudinis materiā:nec totā nec multā semel educere ꝑsumat: imo paulatim a leuiorib⁹ ⁊ faciliorib⁹ incipiēs ad fortiora ⁊ vberiora ꝓcedat. Uñ si per phlebotomiā: pharmacū vel per vomitū:aut al'r quōlibet euacuare voluerit: dʒ semꝑ aīaduertere ⁊ grādi cum diligētia attēdere ne virtutē prosternat vel mēbra debilitet:multā semel: aut bis ēt euacuationē operando:sʒ potius sit solicitus de eductiōis materiei partitiōe vt scientificū decet operatorem:dicente Aui.in.iiij.tertij.c.v.circa finem. In euacuatiōe ꝯuenientius est vt multiplicet numerus eius:⁊ minoret q̄ntitas ipsius oi vice:quatenus ꝯseruet virtus: ⁊ in.xiij.eiusdē tra.iiij.c.xiij. Opʒ vt solutio vētris nō sit subito:imo ꝑ vices:nā illud qđ subitum est: mortale est. Et post aliqua. Recti⁹ quidem est vt euacuatio nō fiat vice vna subito ⁊ cadat virtus: imo paulatim ne ipsa perueniat ad multam debilitatem:qđ etiā sensit Rasis in li.de egritudinib⁹ iuncturaꝝ.c.vij.cum dicit. Et caue in purgādo melācholiā ⁊ quēlibet alium.s.humorem ⁊ ꝑcipue grossum:q2 nō debes semel purgare: sʒ sepe. Isti eñ humores nō ducētur in multa q̄ntitate in vna purgatione. Que fuit Gal. sñia in primo Terapen.c.vl.dicentis. Oportet quidem non repente neq3 semel fortibus tentare sanare pharmaciā:sed tp̄e magis caute.i.paulatiue:⁊ sil'r hipp.in.j.apho. apho. tertio cum inquit. Cōpressiōes.i. euacuatiōes ad vltimū ducere fallax est : sed qualis natura fuerit sustinentis ad hoc ducere similiter ⁊ inanitiōes ad vltimum ducentes fallaces. Ex quibus euidētissime apparet q̄ nō tantum ab euacuatione multa per pharmaciam semel facta debeat verus sanitatis restaurator auferre : verūetiā ab alijs oībus subitis euacuatiōibus:⁊ ꝓmaxime a multa ⁊ superabundāti phlebotomia materia non existente furiosa : vt in chinocha : ⁊ q̄nta sit satis ex doctrina principis patet dicentis in iiij.primi.c.xx. Ad summū melius est phlebotomie vices sint multe q̄ vt ipsius q̄ntitas sit multa: ⁊ infra ex iuuamētis secundatiōis est q̄ phlebotomi virtutem cum perfectione sue euacuatiōis q̄ est necessaria cōseruat. Et in.j. tertij.c.vij. Nō extrahas totum quod est necessarium ex sanguine propter egritudinem aliquam significantem eius extractionem:imo retine ex eo aliquid vt resistat illi egritudini ⁊ in prima quarti tra .ij.c.vij.similiter ait:et consilium quidem meum in phlebotomia est vt diminuatur q̄ntum possibile est. Si autē nō est possibile: tunc multiplicatio numeri est melior multiplicatiōe quantitatis:oportet eñ vt euacuetur sanguis multus subito:quoniam euacuatur multuʒ de eo cuius nō est necessaria euacuatio : ⁊ quia debilitatur virtus ⁊c. Patietur itaq3 sapiens medicus phlebotomiam cum ipsa necessaria fuerit:et similiter pharmaciam sicut et quamlibet aliam euacuationem toties replicabit vsq3 quo totam materialis egri=

tudinis causam absciderit: qm̄ melius esse sit interpolando procedere cognoscet: q̄ velle totam simul et semel morbi materiã euacuare. Imperitus autem de quo minime confidendum erit: hac nõ vtetur diligentia: et ideo perducit infirmum si debilis fuerit ad mortem: et si fortis ad maximã sui corporis debilitatem ob virtutis resolute prostrationẽ: ad aliqđ euacuatiõis genus subito factum cõsecutam. Rõnabilis vero hunc in errorem nequaq̄ incidet: eo q̄ canones medicinales obseruando paulatim et ordinatissime in egritudinis remotione: et sanitatis inductiõe pcedet curatiuas huiusce modi intentiones obseruans in morbo materiali: nã post conueniẽs in qualitate et q̄titate diete ordinationẽ. Primo leniet vẽtrez cum clysterijs et hmõi. Scđo si expediet phlebotomare faciet infirmum. Tertio loco digeret causaz antecedentem morbi factiuam cum leuibus. Quarto minorabit illaz cũ facilibus solutiuis. Quinto cum fortioribus procedet digestiuis et aperientibus magis si oppilationum apertio oportuerit. Sexto cum potẽtioribus: non tamen venenosis: materiã egritudinis eradicabit pharmacijs. Septimo diuertet si quid a loco paciente diuerti fuerit necessarium. Octauo autez reliquias materiei per sudorem vrinam et huiuscemodi vias resoluere comminabitur. Nono corriget accidẽtia que curam non peruerterunt. Decimo et vltimo qualitatez malã a morbo rcã eius impressaz remouebit mẽbra confortando debilitata: et totum paulatiue resumendo donec patiens ad pristinam redierit sanitatẽ. Sic ergo sapientes medici procedũt ordinate: sicut ignari fusissime mõvnũ mõ aliud irrationabiliter administrãtes: q̄re et

¶ Cap. ccxcv. ostendit cognoscere medicuz rationalẽ ex hoc q̄ cum predictis intentionibus procedat: et non ilico currat ad narcotica: vt emperici: sed tantummõ eis in extrema vtatur necessitate.

Rationalis et honorandus medic⁹ pretactas in precedenti. c. curatiuas obseruabit intentiones in materialibus curandis egritudinibus acutis et chronicis salubribus si aliquod fortissimo p accidentiũ ei curã peruertere nõ cogerit: et suũ ordinem nõ impedinit: et felicẽ semper egritudinis successuz inueniet: quemadmodũ per cõtrariũ emperici: et a tali veritatis tramite et vere curationis mõ deuiãtes in saluberrimis etiã passionib⁹ et in fortissimis corporib⁹ sepius: et (vt veri⁹ dicã) semper vidẽt mortẽ aduenire. Et hoc q̄ nullũ ordinẽ hñtes in curationib⁹ suis cãm negligunt: et tm̄mõ ad accidẽtiũ remotionẽ intendunt vt sapiẽtiores esse videant: et q̄primũ ad narcotica aduenit et somniũ patiẽtibus inducunt: vt eos ilico liberasse et quiescere fecisse ab astantib⁹ inducent ab illisq̄ immerito cõmẽdent. Inde tñ postea nocuisse magis: et q̄nq̄ interemisse cõpertũ est: sicuti in dolore cholico: et in alijs huiuscemo di vidimus sepius contigisse. Vñ tales medici postmodũ vilipensi fuerũt ab oibus et maledicti: q̄ vere rum curãdi modum scz cause abscissionem non intellexere: nec quãtum periculi somnifera cõcipiãt prout decet et opz cõsidera=

rũt. Nec viderũt Aui.i.liij.f.xxx. bi. In dolore cholico ꝛ exhibitiõe narcoticoꝝ magnificatur malus finis: qm̃ materiã augmentat: et frigus et ꝯgelationem et clausulã ꝛ in.j.iij.c.xxix. Aleuiatio a medicinis vehementer frigidis factis ex eis q̃ sunt sicut papauer ꝛ opiũ ꝛ reliq̃ hmõi nõ tibi necessaria: nisi apud vehemẽtẽ necessitatẽ ꝛ fortẽ dolorẽ. et in trac.ij.c.x. eiusdẽ. Tibi q̃dẽ ꝯuenit ne declines ad narcotica q̃ꝫtũ potes. ꝛ i.c. xxix. eiusdẽ. Si narcotica ꝛ somnifera tibi necessaria sunt propter doloris vehemẽtiã: vtere eis cautelis et timore. ꝛ in. iij.iij. tra.j.c. ix. Qñ doloris vehementia facit necessariã stupefaciẽtium adhibitionẽ illa tñ quãtum potes expelle: ꝙ si aliquod eoꝝ administras ꝑpter necessitatẽ administra illd̾ ꝑm cautelã. et in. c.xiij. eiusdẽ sic etiam retulit. In egritudinibus ꝛ dolorib⁹ vẽtosis nõ est narcoticis vtẽdũ: sicut quidam ꝑsumptuosi qñꝫ audẽt administrare apd̾ dolorꝫ vehemẽtiã vt ide sedet̃ dolor in hora. Sꝫ ipse post horã vehemẽti⁹ excitat̃ q̃ꝫ pri⁹ fuit ꝑpterea qd̾ ꝓhibet resolui ventositatẽ. Et in. xiiij. Fen. eiusdẽ sic etiam scripsit i tra.j.c.xxj. Qñꝫ est necessariũ sumere in potu stupefaciẽtia ꝛ ꝯfectiões opiatas recipiẽtes iusq̃amũ ꝛ philoniũ: ꝛ eg͂o abhorreo illd̾ cũ iuenit̃ ab eo iter. ꝛ in. xvj. iij.c.iiij. In narcoticis est timor: lꝫ qñꝫ accidat vt sint necessaria. Et quõcũꝫ sit nõ opꝫ vt administrẽtur q̃ꝫdiu ab eis excusatio eẽ põt. ꝙ si necessaria fuerit eoꝝ administratio: nõ exhibeant̃ ei cui⁹ infrigidatur corpus ꝛ debilitat̃ virtus: et apparet illud in pulsu. Si vero necessarium fuerit: misceantur cum eis que sunt sicut castoreum et croc⁹: ꝛ silia. Et iam testificati sumus nos vidisse q̃ suppo suit sibi collyrium ex opio et mortuus fuerit. Et cuꝫ possibile est vt administrẽtur in collyrio nõ administrentur in potu: et qñ possibile est vt administrentur in emplastris nõ admistretur suppositorium factum collyrium. Et tra. iiij.c.ij. eiusdem sic etiam ait. Incipientes sedare dolorem cũ narcoticis ꝯponunt reꝫ maximi erroris. Administratio enim narcoticorum nõ curatio vera in aliquo: et illud qm̃ curatio vera est incisio cause. Et stupefactio est confortatio cause: et destruit̃ sensus per eaꝫ. hec ipse. Ecce igitur quoties hac de re princeps Auic. medicos hos bestiales admoneurit: vt non nisi in extrema necessitate talia administrẽt periculosa: quẽ si qñꝫ legissent quod faciunt nõ auderent. Sed quia opera ei⁹ ne dũ Gal'. et alioꝝ nunq̃ꝫ inspiciũt: volui hoc in. c. loca omnia in quibus hec ꝓhibeat annotare: vt si fortasis: qd̾ nõ credo: hoc nostrũ opus ad coꝝ manus ꝑuenerit: videre possint ꝛ cognoscere suũ errorẽ seipsosꝫ ab eo corrigere qd̾ nisi fecerint ab ꝯstãtib⁹ hũc librũ habentibus cognoscẽtur: ꝛ vt eorũ merebit̃ ignorãtia: magno cũ dedecore ex domib⁹ expellẽtur. Periti aũt ꝛ sapiẽtes hoc nõ timebũt: quoniã causam prius abscindere conabuntur predictis cũ intentionibus: nec vnq̃ꝫ ad huiusmodi somnifera peruenient: nisi cum vehementia accidentis virtutem sua fortitudine prosternentis id exposceri: ꝛ tunc pronostico cautela et timore ea administrabit: et non quomõcũꝫ: sed vt supra Auicenna preceperat. quare ꝛc.

Qualiter cognoscitur regularis medic⁹.

Capitulũ.cccvj. ostẽdit qñ postpositis dictis intentioni-bus curatiuis: possit etiã ratio nabilis medicus ad narcotica cum cautela tamen transire ne astantes ꝛc.

Decreuimus hoc in capi.declarare quã do etiam rationabi lis et studiosus me dicus possit ſm re-gulas medicie nar coticis vti vt per hoc astantes in telligant eum nõ nisi canonice et sciẽtifice ꝓcedere et ipꝫ ab empe rito secernere valeãt. Dicam⁹ er go cum Auer.in.v.col.c.de sinco-pi accidente causa doloris.ꝙ nõ sit narcoticis vtendũ: nisi cum in firmus in articulo mortis esse re periatur causa doloris. Tunc em̃ sedationi intendere oportet cum quibuscunqꝫ remediis mitiganti bus a leuioribus tamen incipien do quibus non auferentibus ad narcotica somnifera tandẽ deue niendum est: ꝛ non ad omnia: sed solummodo ad cõrecta et conso lata cum suis dezarticis licet per uenire dicente Auicenna in quar ta primi.capitulo trigesimo. Stu pefacientis complexionem consi-derare debes et ipsius qualitatẽ: et vt quod ex eo est facilius do-nes et vt tribuas id quod est cuꝫ suis tyriacis compositũ: nisi res fuerit maxime que forti indigeat stupefactiõe: et prius exteri⁹ erũt applicanda.et sic etiam non con-ferentibus: interius postremo n pauca quantitate.et cuꝫ maximo timore et premissa pronosticatio-ne propinentur vt dolor aut hu-iusmodi aliquod aliud fortissimũ accidens sopiatur: et virtus tota liter non resoluatur: cum dolor permaxime virtutem prosternat. dicente Auicenna in primo cano-nis fen: doctrina et summa secun dis.et capitulo vigesimosecũdo. Dolor virtutem dissoluit: et mem bra a suis proprijs operationib⁹ prohibet adeo vt membra spiri-tualia ab aeris ꝓhibeat attractio ne aut eius destruat operationeꝫ et facit eum intersectuꝫ, et frequẽ tem et omni no non secundum na turalem cursum. Et in primis ca-lefacit membra: et postea in rigi-dat propter illud quod resoluit et vincit de spiritu et vita. Et in quarta primi.capi.xxx. Omnis q̃ dem dolor qui fit fortior interfi-cit: quoniã ex eo in primis accidit frigiditas corporis: ꝛ tremor post ea fit pulsus paru⁹: deide destrui tur: postea moritur. Et propter-ea dixit Rasis in diuisionibus.ca. cxl. Tu non dimittere debes vt eger tolleret doloreꝫ: nã facit cur rere apostema et putrefactionem et corruptionem membri ꝛc. Et õ debẽt medici oĩ suo ingenio seda re dolorẽ primo cũ rebus vere cu rãtibus ipsum si eis possibile est: que res: vt dixit Gal.in.vj. apho. cõmen.xxxj.sunt mediocriter ca-lide: quoniam calefactionis ꝯsue tudo est doloreꝫ mitigare aliquã diu. Et in sexto de ingenio sanita tis capitulo secundo dixit. Aqua calida mitigat dolorem oĩs apo-stemati. Et libro quinto.de simpli ci medicina.distin.v.ca.j.sic etiaꝫ scripsit. Medicine q̃ sunt vere se dãtes dolorẽ ꝺꝫ vt sint subtiles: et q̃litas earum sit maior quan-titate que intenditur: sꝫ euacuẽt: et resoluant et rarificent et subti lient et maturent et faciãt proce-dere omne quod est coartactũ et oẽ qđ ẽ retentũ in mẽbro cũ q̃. est dolor siue humor calidus sit siue viscosus. In secundo vero de se-

bribus ad glauconem ait. medio crem dolorẽ sepe adhibita extrinsecus calefactio: vt euaporatio sola seipsam totum curauit: vel minuit causaz ꝛc. Un princeps in secunda primi. doct. ij. c. xxj. sic conclusit. Causa quietis doloris est: aut ꝙ cause ex qua prouenit existit contrarium et ipsam euacuat sicut anetuz et lini semẽ cum sup locũ dolorẽ ex eis fit emplastrũ: aut cũ quo mollificaẽ: ꝛ fit somnus et sensibilis virtus ad suã reddit operationem sicut inebriãtia: aut quo infrigidaẽ ꝛ stupidum efficit sicut narcotica sedans: tamẽ certum est primuz. Et ideo medicus cum ipso aut aliquo sibi simili tẽtet prius sedare dolorem: que si non cõtulerint et dolor magis atꝗ magis infestauerit: adeo quod virtutez deijcere incipiat: tunc ad narcotica cuz cautela transire debet eligẽdo ex eis que magis correcta sunt et ab autoribus commendata: et primo exterius apponat: et postremo per os exhibeat et in modica quantitate et grandi cum timore: vt diximus postquam aliud ei contulisse non perceperit. Si ergo rationabilis medicus poterit somniferis vti ne ꝓtus omnino prosternatur de qua tantum solicitus esse debet: vt supra declarauimus. Jn simplicibus itaꝗ et materialibus morbis tali cum ordine predictisꝗ cum intentionibus sanitatis restaurator procedet ꝛ in hoc eius sufficientiam demonstrabit: quemadmodũ ꝯfusa ꝛ inordinata curatio irregularẽ et nimie ꝓ inductiõe salutꝫ egri retinendũ ondit ignorãtiã ꝛc.

¶ Ca. cxcvij. õndit ꝗliter cognoscẽdus sit regularis ꝛ sapiẽs medicus ex curatione complicatarum infirmitatum.

Quia nõ modicũ facere ad sanitatis ꝛ vite cõseruationez existimamus scire medicũ sufficientẽ et ad curationem idoneũ cognoscere in cuius manibus eger cum fiducia reponaẽ per multa in hoc opere capitula conati sumus id ostendere: ne quis i huiuscemodi electiõe necessaria deciperetur: ꝓ maxime autem per imediate ꝑcedentia: in quibus declarauimus qualiter medici peritia ex ꝓcessu et ordine curatiõis sue i simplicibus morbis dignosci possit: i hoc autem ꝓ huius materiei complemento dicemus quõ etiam per cõplicatarum egritudinum curationem doctum et honorandum ab indocto et equiuoce medico astãtes discernere valeãt. Presupponamus ergo ꝙ plerũꝗ ꝯtingit. s. ꝙ impatientie non solum vna: sꝫ due vel tres aut plures sunt egritudines ꝯiuncte: vt putrida cũ ethica: tertiana cũ cholica: et renũ excoriatiõe: vel soda cum stomachi debilitate ꝛ dolore matricis ꝛ huiusmodi sicut persepius accidit. Stante ergo vna istarum complicationum dicamus ꝙ sapiẽs medicus dꝫ canonice ꝛ regulariter ꝓcedendo vnicuiꝗ harum passionuz attendere: inequaliter tamen: nã fortiori magis ꝛ minus debiliori: dicente Aui. in. iij. j. doct. ij. ca. xij. Jn primis oportet maiorez habere solicitudinem de re que maiorem incurrit terrorem regendo illud etiam quod est sub ea. Et in iiij. j. c. vlti. Cum multe coniungũtur egritudines: ab ea incipere debemus in qua vna harum trium proprietas existit. Una earum est ꝙ alia sanari non potest antequã

ipsa sanet: sicut apostema et vlcꝰ cum ꝯiūgunt: medicamur enim apostema donec cōplexiōis malicia q̄ cum eo venit remoueatur: absq cuius sanatiōe vlcus sanari non pōt: postea ꝟo medicamur vlcus. Et scđa earum est cū vna egritudo cā fuerit alterius: sicut cū accidit oppilatio et febris: medicamur eñ oppilationez primo deinde febrem: ꝛ nobis nessariuz fuerit oppilationē aperire cū eo in quo aliqua existit caliditas nō curabimꝰ de febre: qm̄ impossibile est vt febris remoueaẗ cā ipsiꝰ remānente. Tertia ꝟo cum fuerit vna carꝑ de qua maior solicitudo sit hñda: sicut coniūgaẗ sinochꝰ et paralysis: medicamur eñ sinochū extinguēdo et phlebotomādo: ꝛ de palysi nō curabimꝰ. Cum aūt egritudo ꝛ accidens cōiungiẗ a sanatiōe egritudinis incipiemus. Et si accidēs superauerit: tūc accidentis curam habebimus et egritudinē nō ꝯsiderabimus sicut in cholica damus stupefaciētia: ꝓpterea vt doloris fortitudo remoueaẗ: ꝛ ipsi cholice im̄dimentum faciat ꝛc. In. iiij. quoq iiij. cano. tra. iiij. c. xxiiij. sic ait. Cū due cōiungūtur egritudines: opꝫ vt vehementiorem earum diligēter attendas. Quod etiam voluit Ra. in lib. de egritudinibus iuncturarum. c. iiij. cum inqt. Primuz medicādu est rei piculosiori. Et Auer. in. vj. colliget. capi. de cōseruatione corporis cuius membrū est distemperandum: sic etiaꝫ scripsit. Stante egritudinum contrarietate vt stomacho frigido ꝛ epate calido: in talibus indigemus regimine mixto: et plus instare distemperantie periculosiori. Et in septimo libro eiusdem capitulo de cura febris ephimere cum fluxu ventris inquit. Medicꝰ in hoc ꝓuisor esse dꝫ: vt resistat ei quod plus est timendū. q̄ fuit Gal. sententia. in. j. aphorismo. commen. decimo septimo di. Duorum morborum fortior medicādū est priꝰ altero tamen non neglecto. Sic igitur sapiens medicꝰ sua cū prudētia sincerōq iudicio in curatione ꝯplicatarum infirmitatum de ea magis erit solicitꝰ passione: q̄ maiorē inducit timorem: que grādiorē solet ꝟtuti lesionem afferre: quecūq res illa fuerit siue dolor aut sincopis: aut accidēs aie vigilie superflue: aut fluxꝰ immoderatus: vel alia hmōi virtutis prostratiua: quā rējcū medicus sedauerit: ꝛ virtus deinde restaurata fuerit febri vel alteri secū ꝯiuncte passioni principalius poterit attendere ꝓhabitas obseruādo curatiuas intentiones: et sic domino ꝯcedente vnāquāq salubrem infirmitatē scientifice curabit. ꝛc. Qui autem ꝯpositas egritudines altero tramite q̄ꝫ dictum sit: curare tētauerit: ꝛ ꝑadductis autoribus nō obedire presumpserit: ꝓ bestiali aut fatuo periculosissimoq habeatur. Bene igitur aduertant egrorum astantes ad hec que scripsimus: vt valcāt peritos ab imperitis discernere: qm̄ tota salus totaq vite ꝯseruatio ꝯsistit. Nec homo reperitur qui semel saltem si non semper: hac non indigeat obseruantia: quia medicorum nūnulli reperiūtur q̄ diuersis eorum astutijs: ꝛ si nihil aut parum quippe intelligant: in famam tamen deueniunt. Ut in libri huius capitulo sexto declarauimus quibus permaxime cauendum est: quoniam et si medici dicantur: equoce tamen nomē illud intelligendū. sicut in plo-

go physicoꝝ inquit Auer. ꝙ hō ꝑdicat de hoie vo ⁊ d̄ hoie lapideo sic etiā scđm diuersas rōnes: ⁊ ly medicus predicari solet. qđ sensit hippocrates in li. de lege di. Medici numero quidem multi opere vero pauci. Et ideo replicam⁹ iterum ad vocādū medicū bene cōsiderent astātes ⁊ postq̄ aduenerit ad oīa quecūq̄ faciet ⁊ ordinabit q̄ diligenter animaduertēte: qm̄ pauci medicoꝝ regūt īfirmos regimine recto: vt Gal. ait in primo de creticis ca. septimo. quare ⁊c.

¶ Capit. ccxcviij. in quo autor se primo de quibusdam excusat: deinde presens op⁹ exponit omniū maiorum patrum censure.

Iam soluim⁹ q̄liter hoi ⁊ vnusq̄sq̄ dū san⁹ fuerit: in sua valeat sanitate ꝯseruari ⁊ pariter qūo cū iā egrotauerit suā possit salutē amissam recuperare: queadmoduz ab huius operis initio velle dicere pmiseram⁹. Que satis facere p p̄senti negotio: de salutis. s. cōseruatione arbitramur vñ plura scribi hac de re superflua ⁊ minime necessaria viderent̄: q̄ obrez hec que iam dicta sunt sufficere volumus et pretermitere longas admodum ⁊ tediosas (q̄ dici possent) philaterias: eo ꝙ sua cū plūitate pmoleste quidē narare: et inutiles penitus efficerent̄: dicente Auicen. in. xv. tertij. cap. vj. Nō est in prolongatione sermonis vtilitas. Et per hoc intēdim⁹. prio de ampliori hui⁹ libri qnātitate nos excusare per itidē etiā de hoc qđ dubitatiōes q̄ circa autorum dicta oriri poterant nequaq̄ mouerim⁹: ꝙ nō aliā ob cām fecimus: nisi vt legētiū mentē a re iā incepta minime diuerteremus: et ne nimium tractatus noster prolongeret̄. Impossibile nāq̄ videt̄ vt questionum solutionibus intellectus humanus acquiescat: nisi ante illas distinctiones ⁊ presupposita pro cōclusiōib⁹ necessaria predisponātur: ⁊ sup illa deinde respōsiue cōclusiones fundent̄: ⁊ demū ad arguta: vt fieri solet: respōdeatur. hoc autem paucis: vt quilibet itelligit: minime possunt expediri. Nec etiā meipsum a pposito deuiarem: ⁊ ad artes alias trāsirē: eas q̄ libentissime postergani questiones quoniā plurimū solent medicū impedire: ⁊ ipsuz a medicina diuertere: vt voluit princeps in. j. quarti. ca. j. cum inquit. Occupatio in cōtradictionib⁹ est illud quod non confert in sciētia medicine aliquid. ⁊ facit medicuz procedere ex arte sua ad inquisitiones que fortasse impediunt ⁊ ipm ab arte sua. Et ppterea dicebat Gal. in libro primo de simplici medicīa distīctiōe. iij. c. v. Caue vt nō ponas teipsum loco ei⁹ qui facit hesitare: ⁊ aptus est implicari in questionibus plenis dubitationibus ⁊c. Volumus etiam hac in parte excusatos esse: ꝙ i aliquibus dissentientes: vt in gradibus medicinarum simpliciuz ⁊ in alijs quibusdam discordes antiquos non cōsiliauimus: quoniam iam difficillimum onus: et longe nostris humeris impar esse cognouimus: ex eo quod voluit Rasis in. vj. suorum aphorismorum dicens. Cum doctores antiqui in re aliqua non concordarunt: graue est eorum rationem concordare. Et vt omnia simul comprehendamus veniam a legentibus humilime petimus: rogantes vt pro sua benignitate: nos in cunctis

habeāt excusatos. Quia vere sci-
m⁹. ⁊ ita fore sine dubio fatemur
ꝙ singula q̄ ad presens negotiū
fuerant necessaria: non adduxi-
mus: nec credimus in aliquo ex
adductis ob imperitiam ⁊ iuue
nile iudicium nō errasse: cū ita sit
equidē. vt Ra. voluit in sexto suo
rum aphorismoꝝ allegato: cum
ait. Hominis enim natura nō eua
dit errorē maxime in rebus diffi-
cilib⁹. Qđ clari⁹ nobis innuit gal.
in li. ij. memiri. c. de dolore capitis
sine febre. cuz inquit. Difficile est
enim hominez existētem non pec
care in multis: ita quidez vt igno
rantem: alia autem vt male iudi-
cantem: alia vero vt negligenter
scribentem. Et ideo ex tota men-
te totali corde: ac ex omnib⁹ aīe
viribus rogamus: exoramus: et
deprecamur medicos omnes et
maiores precipue: vt si quid hoc
in opere male intellectū vel fuis-
se a nobis interpretatum: ad ali-
quod impertinens de dictis auto
rum adductuz inuenerint: id pro
sua corrigant humanitate. Mul
toq3 magis omni mentis affectu:
precamur reuerendissimos catho
lice fidei nostre professores: Pon-
tifices: Cardinales: Episcopos: ce
terosq3 omnes ad quorum ma-
nus vt spero: licet indignus sit no
ster hic tractat⁹ ꝑueniet: vt in eo
minimū aliquod totū dei vel ei⁹
filij redēptoris nostri mādatis cō
trarium vel dissonum reperient:
quod inaduertētia nostra aut in-
sciētia scripsissem⁹: emendēt: cor-
rigant: quinimo eradicent ⁊ abra
dant: vt omnino non remaneat:
⁊ vt pro nihilo reputetur: ⁊ tanq̄3
non dictum habeatur. Si vero
aliquid boni ⁊ vtilis hoc in opere
inuenerint volum⁹: ⁊ (si dicere lz)
mandamus: vt id nobis minime
ascribāt s3 totū creatori omnium
atribuant: quoniam vt Auenzoar
inquit in sui Theisir libro ⁊ trac.
tertijs. omnis res ꝓcedit ad illo
qui est summe ⁊ vltime scientie. s.
a deo viuo ⁊ vō ⁊ benedicto. Qđ
etiam voluit Auicenna. in libro
de viribus cordis. capitulo scđo
dicens. Quecunq3 perfectio: ⁊ om
ne bonū non nisi a prima veritate
sunt: que omnium bonorū prima
est vniformis manatio. quare ⁊c.

¶ Ca. cccxix. in quo autor altissi
mum ⁊ omnipotentē deum depre
caf vt ꝓ sua pietate legētib⁹ hūc
librū sanitatē cōcedere dignetur.

In hoc penultimo ca
pitulo nihil aliud in
tendim⁹ nisi cōuerte
re nos ex toto corde
ad altissimū oīpotē
tē ac sēpiternū deū:
de quo vt Gal. refert. in li. de vir-
tutib⁹ aialium: sic scripsit plato.
Ingenitum ⁊ primum ac maximū
deū dicim⁹ bonumq3 nominam⁹:
et nos omnes diligimus eum na
tura existentem talem ab eterno
⁊ non factum bonum a seipso: pe
nitus enim nunq̄3 fuit factus: cuz
semper fuerit ingenitus et sempi
ternus. Ipse quidē vt Hali dixit
Abenragel in sui operis initio. est
prim⁹ sine principio: ⁊ postremus
sine fine terminato: qui creauit
celos circunferentiales: ⁊ stellas
mouētes: ⁊ celū cooperiēs: ⁊ ter-
ram sufferentem. Et est ille cuius
omnes res quas visus attingunt
⁊ recipiunt cogitatus ⁊ sensus in
omnibus signalib⁹ ⁊ significatio
nibus demonstrant dominiū ⁊ vir
tutē suam: cuius saluatiōes sunt
super eos qui fideliter cum cre-
dunt. Ipse etiam: vt Princeps in-
quit in. vij. tertij. c. creator est su-
blimis ⁊ excelsus: in cui⁹ manib⁹

omnia existūt: vt di. Auenzoar. in sui T heisir primo. Et q̄ mundū regit et gubernat suo precepto et voluntate. vt idem in secundo eiusdem. Et qui curā habet circa oia entia vt scripsit Auer. in. xij. Metaphysice co. xxxvij. Nūc igit deū vnum tantummodo in substantia: licet in personis trinum: vt canonisse tradunt de consecratione distinctione. iij. capitulo vltimo et nos ipm sic firmiter credimus: cōfitemur: et adoramus: et impresentia p omni cū humilitate deuotiōe et mētis affectu deprecamur: vt p sua immēsa pietate ifinitaq3 misericordia nobis hec concedere dignet: vt quicūq3 presentē habuerint tractatū: legerint et itellecta obseruauerit: thesaurū sanitatis cōsequi valeāt: cōsecutūq3 prudētissime sua inenarrabili fauente gratia conseruare. Non eīn sufficit humanum propositum absq3 diuino subsidio: vt recte Theophil9 inquit. Cū ipe quidē solus sit fons vite: vt Origenes ait. et ab eo nō solū vita et quecūq3 pfectio s3 omne bonū: vt in de virib9 cordis scripsit. Aui. procedat: et iō ab eo tātūmodo tale ac tam preciosum salutis sensu3 rationabiliter exposcimus tum quia plena semper et redundantia sunt diuina beneficia non exiguo constricta munere: sed vberi bonorum coaceruata cōgestu: vt Ambrosius inqt: tū etiā q2 ipe solus largitur sanitatē corporū et vitā animarū: vt dixit Auer. in prologo canticorum. Eya ergo pro sua clemētia concedat nobis quod petiuimus omnipotens: et miserator dominus: qui nō relinquit querētes eū (vt ait Propheta). Quinimo dat petitiones cordis eo2: et ipos cōfirmat. cū ipse sit protector omnibus exquirētib9 eū in veritate. vt in lcōo Ecclesiastici dicitur. Confirmet q3 ergo: et continue seruos suos protegat admirabilis dominus noster: q̄ nobis dixit: vt Joānes refert. Sine me nihil potestis facere: quoniā et si minuerit hoiez paulominus ab angelis: gloria et honore coronauerit eum. et constituerit ipsum super opera manuum suarum: et omnia subiecerit sub pedib9 eius: oues et boues vniuersas: insup et pecora campi: volucres celi et pisces mar3 vt Dauid inquit. Et similiter Galenus in quarto de iuuamentis mēbro2 capitulo primo cu3 dixit. Homo est princeps et rex omnium animalium. Et iō fuerūt omnia animalia demissoru3 capitum apud ipsum: et ipse solus eleuat capita etc. Attamen fecit Adā ex limo terre: aptante ecclesia. Memēto queso q sicut lutū feceris me et in puluere3 reduces me: nōne sicut lac mulsisti me: et sicut caseu3 me coagulasti etc. Et alibi. Memento hō q2 cinis es: et in cinerē reuerteris. Quod sensit Augustinus in capitulo. lxxxvij. Enchiridion. Multoq3 clarius Auerrois in octauo commento canticorum cū ait de9 cui9 nomē exaltet: creauit hoiem ex luto sicut testam figuli. Et iō fecit illum facile alterabilem: et corruptibilem: seipsum proprio consilio conseruare nō potentē: et per consequens diuina protectione maxime indigentē. Sine qua pfecto nullā regiminē sanitatis: sicut nec aliquod alio2ū entiū hominibus iuuare posset. Cū ita sit equide3: vt in secundo theisir tractatu tertio voluit Auēzoar cum inquit. Scimus certissime q sphere: et stelle. et materia: et forma: et tēpus: et locus sunt res gnate et

create quare nullū ꝑfectū vel no
cumētū possūt agere vl' iprimere
nisi ꝑcepto ꝛ voluntate diuine pro
uidētie. Quid igiť ꝑderit legenti
bus hoc nostrū opusculū in ꝑcio
sissime sanitatis ꝯseruatiōe subla
to īfinite bonitatis ꝑsidio? nihil ꝑ
fecto. Denuo itaq; atq; iterū sicut
abinitio: ex tota aīa fontē bonoꝝ
oīm deprecamur: vt nos pro sui
infinita pietate exaudire digneť:
ꝛ cōcedere corpis ꝛ anime salutē:
opa libri huius ꝛ cōsilio vtētibus
amicisq; ꝛ pariter inimicis nr̄is sit
ꝓpiti⁹. Et per viscera sue profun
dissime charitatis oībus vitā eter
naz viuis fidelib⁹ ꝛ defunctis cle
mentissime largiať ad laudem et
glīaz sue excelse maiestatis. Amē.

¶ Capitulū. ccc. ꝛ vltimū causaz
reddit huius tercētenarij ꝛ gra
tias agit altissimo: ꝛ sanctis eius
ob operis perfectionem.

Quia omnia in trini
tate perfecta consi
stunt: vt voluit Ari.
in. xxvj. problema
tuz. problemate. ix.
dicēs. Finiunt autē
in trib⁹ oīa ꝛ minima i ꝑma trini
tate. ꝛ in. j. de celo ꝛ mundo textu
ꝯmēti scđi autoritate Pythagori
coꝝ inq̄t. Cū oīa ex principio me
dio et fine constituta videantur:
propter quod a natura accipien
tes tanq̄ leges illius et ad san
ctificationes deorum trinario vti
mur numero. ꝛc. In cuius commē
to dixit Auerrois. Secundū istuz
numerum: tenemur magnificare
creatorem remotuz a modis crea
turarum in orationibus et sacri
ficijs. et vt ait Albertus super eo.
Prisci patres in lege antiqua vte
bantur trinitati in sacrificio deo
rum: scilicet thuris: oblatione:
cātus ꝛ oratiōe. Numer⁹ igiť tri
nitatis est perfectus: vt vbi supra
probatur. Et nos ipsum in lege
noua et verissima ponimus ipsuz
in maiestate diuina tres in ea cre
dentes: ꝛ ita cōfitentes personas
esse in vnitate substantie. ꝛc. hec
ipse. Cum ita sit ergo rationali
ter in trinitate centenarij ad lau
dez diuine trinitatis nos presens
opus sigillabimus: gratias quas
possumus: et non quas debere
mus agentes patri et filio et spi
rituisancto: vnico infinito ꝛ glorio
so deo: dicentesq; cum Auicen. in
prologo sui canonis. In primis
deo gratias agamus sicut sui or
dinis celsitudo: et beneficij ipsi⁹
multitudo meretur: cuius miseri
cordie super omnes prophetas
existunt. Et cum eodem in. xxj. ter
tij tractatu primo. capitulo. ij. di
cente. Sit ergo deus exultatus:
qui verax est laudabilis ꝛ benedi
ctus ꝛ melioꝛ omnium sanctoꝛuz
ꝛc. Similiter dicamus cum Hali
abenragel in initio operis sui de
iudicijs sic scribēte. Gratias aga
mus vni deo victorioso: honora
to: potenti creatori: noctis ꝛ diei:
detectori occultarum scientiarū ꝛ
puritatum: ipsi qui creauit: equa
uit: iudicauit: direxit: interfecit:
viuificauit: domino libertatis mer
cedis: honoris: ꝛ regni qui est pri
mus sine principio: et postremus
sine fine ꝛc. Et in quarte partis
eiusdem principio sic etiam cum
eo taliter scribēte dicamus. Lau
datus sit deus dominus virtutis
regni ꝛ luminis: ipse quidem ap
parens ꝛ veridicus per manifesta
experimenta creauit terras: mon
tes: maria: ꝛ celos circundantes
omnia: ꝛ posuit stellas in eis mo
uentes se in similitudinē lucētiuz
candelarum: et posuit in eis si
gnalia pro tēpoꝛibus diuidēdis

⁊ reb⁹ alijs ex quibus sit in sempiterna secula benedictus. Et in sexto eiusdem. Laudatus sit de⁹ ⁊ regratiatus q̃ est dn̄s boni: largitatis: sapientiarū ⁊ sciētiarum: ipse factor est ⁊ creator oīm rerū ⁊ per voluntatē ⁊ gubernationē eius manutenentur: ipse est principiū oīm rerum ⁊ tēporum permutator: per sui potentiam texit celos ⁊ firmauit eos: depĩsit terram ⁊ situauit eā: creauit omnes creaturas ⁊ omnia nouit secreta: creauit res ⁊ dedit illis finem: et postea iterum creauit eas. ipse sit laudatus ⁊ benedictus sicut conuenit magne nobilitati ⁊ altitudini sue. Et iterum in octauo libro eiusdem partis. Laudat⁹ sit de⁹ qui est dominus subtilitatum: nobilitatum: mercedum: pietatum: creator omnium creaturarū: cognitor occultorum: rationū intellector: ⁊ puritatū: recompēsator dānorum ⁊ occasionum: gubernator totius mundi ⁊ omniū rerum per gratiam ⁊ virtutē suam: dator pluuiarū per pietatem eius: defensor eorum qui habent in eo fiduciam: ⁊ custoditor eorum qui se dant sibi. Rex cui obediunt omnes reges: ⁊ eius potētie ⁊ glorie non est finis. Ipse potentiam dedit humiliantibus se sibi: ⁊ potentes humiliauit. Nihil est contrarium iudicijs suis. Nec est q̃ suis factis contradicat. Completus est omnis bonitatis et pietatis: ipse sit igitur laudatus vt conuenit. Dicamus quoq; cum Rasi in sui continentis rubrica. Laus sit vni deo glorioso: sublimi: victorioso et indultori: qui tantam nobis gratiā pro sua inenarrabili clemētia concedere dignat⁹ est: vt librū hūc inestimabilis quidē laboris hac in iuuenili etate: ⁊ sine vllo corporis nocumēto ⁊ omnino feliciter perficere potuimus. Non me cepisse sed pfecisse virtutis est: vt super Mattheū hieronym⁹ inquit. Benedictū sit igitur nomen domini ex hoc nunc ⁊ vsq; in secula. Cuius in ore nostro laus semper existat pro infinita beneficiorū eius multitudine. Que nos inducit ad concedendum cum Gal. in libro viij. de iuuamentis membrorum cap. iij. sic dicente. Nostra possibilitas est parua fm quam debeamus laudare creatorem: bonam tamen ipse mentem nostram suscipiat. Beatissime preterea dei genitrici marie semper virginis: ⁊ beatis apostolis Petro ⁊ Paulo: ac omnibus sanctis ⁊ continuis eorum precibus pro nobis exorant: gratias non condignas: sed quas possumus habemus: agemusq; ex toto corde dum spirabimus. Et sic finiētes quod inchoauimus: dicemus cum Gal. in. iij. de creticis. sic in finem scribētis. Et iā puenim⁹ ad finē libri: auxilio dei ⁊ ei⁹ adiutorio: cui sit honor ⁊ gloria p infinita scl'a. Amē.

Diuino fauēte numine: Ego Antonius Gazius pataunus Medicorum omnium minimus. die xij. Augusti de Anno domini. M. cccc. xc. presens opus absolui: ad laudem redemptoris nostri ⁊ ad tuam ⁊ amicorum tuorum vtilitatem. D. M. obseruandi. cui iterum atq; iterum me commendo.

FINIS.

Exhortatio Antonij Gazij

omnium Medicorum minimus: procurans virtutem fortem conseruare: et debilem fortificare: vt rationabilis et studiosus Medicus possit secundum regulas medicine narcoticis vti et per hoc astantes et legentes intelligant eum non nisi canonice et scientifice procedere: vt ab Emperico secernere valeant.

Et si minime obseruandissime D. mine lateat quod de numero hoc nostro Libello indigentium nequaquam cristas: tum quia moderatissimus sis omnem per damnosum abstinentia diceris superare appetitum: tum quia altioribus detentus curis: vt Socrates predicare solebat: solum vt viuas comedis: non autem viuis vt comedas. Quod non pauci asperantes in maximas labuntur egritudines vitamque sepius cum morte commutant. Sed propterea librum hunc tibi tradimus vt non ciborum aut potuum quantitatem te fugere doceamus. Sed que a veteribus laudata que ve vituperata sunt: euitare valeas: ciborumque et potuum qualitatem ac ipsorum non solum in comedendo ordinem adipiscaris: Sed qua id hora exequendum sit: quantum exercitandum quando quiescendum: qua hora et quantum dormiendum: reliquaque his similia. Que non minus sunt homini vtilia quam necessaria facillime perscrutari possis. Ita enim doctissimorum veterum in hoc libro dicta de regimine sanitatis conspicies/ ac si omnes de re hac in cubiculo tuo disserentes coram haberes: audies Aristote. peripatheticorum principem qui in natura regula fuit et exemplar quod natura inuenit ad demonstrandum vltimam perfectionem humanam in materijs: vt de eo scribitur in Commento

xiiij.tertij de anima. Senem etiam illum necnon Medicorum patrem Hippocratem intueberis: qui primus omnium rectam viam ostendentium vt solis iubar/effulsit: a quo omne lumen/ et recta/et artificialis semita (vt de ea in huius libri capitulo.ix. dicitur) in medicinis est inuenta. Sapientissimum preterea Galenum artis huius complectorem haud parua cum voluptate cum eorum Haly: Rasim: Haliabatem: Diascoridem: Serapionem Auicennam: Auenzoar: Damascenum. ceterosque omnes hac in scientia approbatos videbis. Quorum sapientia tu qui semper virtutes ac doctos benigno fauore amplecteris ita oblectaueris quod nullum hunc letitie genus compar esse affirmabis. Quotiescunque etenim librum hunc aperies scitoque aliquid ad sanitatem oportunum desiderabis ad predictorum vnoquoque ac si viuus adesset ilico optato potieris. Nam ipsorum non solum sententias: sed et verba quibus ipsi vsi fuerunt nostro inserere voluimus libello: vt vltra ex eorum verbis: leporem ac suauitatē: si quis in nos liuidus obtrectare voluerit tanquam minerue clipeum contra Medusam: sic etiam eorum lateribus et iaculis opponere valeamus. Grādē igitur vtilitatem ex hoc nostro opere immensamque letitiā accipies cum prefati tibi sapientes ostendant qualem medicum pro huiusmodi sanitatis conseruatione eligere debeas: in quo aere habitare: quem locum incolere: qualiter et quantum exercitari: quid comedere et bibere: qualiter dormire et vigilare. A quibus anime accidētibus abstinere: quomodo purgari et a futuris egritudinibus preseruari oporteat: qualiter si in egritudinem labi contingeret (quod Deus auertat) curari: plurimaque alia non minus hominis vsui vtilia/verumetiam quammaxime necessaria. Que omnia tibi gratissima fore speramus ac te tantum ex hoc opere vtilitatis cōsecuturum: quantum si omnia prefatorū (que quasi infinita sunt volumina) perlegisses: vt nos ipsi magno

cum labore multisq; vigilijs fecimus. Et quoniam le-
genti sepe tedium prolixitas afferre solet/ hinc solu-
m ex pau-cis tantum meliora & que magis huic nostro perti-
nere videbantur negocio excerpimus: diuersisq; ex lo-
cis hincinde que dispersa erant hoc in libello congessi-
mus: quem ad finem deductum tibi tradimus
pro viribus deprecantes vt sic ipsum leta fa-
cie ac hilari vultu pro tua erga omnes in-
credibili humanitate accipere digne-
ris: sicuti et nosmet ipsos omni
tue voluntati semper dedi-
tissimos offerimus.
VALE.


¶ Impressum est nouissime hoc egregium et sane quam vtile opus: large auctum ac fere innumeris (quibus perscatebat) mendis expurgatum: LVGDVNI per Joannem Flaiollet. Anno ab Dominica incarnatione: Millesimo quingentesimo quadragesimo primo: Die vero vicesima mensis Januarij.


Registrum.

A a b c d e f g h i k l m n o
p q r s t v x y z & ꝯ.

Omnes sunt quaterniones.

Esdre. iij.
Super omnia autem vincit veritas.


17




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm